









1676.

1. Merditi, Burchardus: De exceptiombus in genere.
2. Merditi, Burchardus: De exceptiombus in specie.
3. Brothegius, Ioh. Conradus: Prologus sine  
juramentum physico-medicum bilis.
4. Frommann, Joh. Andreas: De casu theoricum casuumq.  
ex in libris. jur. lib II et XI ... de prompta.
5. Frommann, Joh. Andreas: De obligatione naturali.
6. Frommann, Joh. Andreas: De administratione adven-  
turius legitima
7. Gravios, Iohannes: De felonis.
8. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De domicilio pampel-  
rum.
9. Lanterbach, Welfg. Adamus: De nankis, campontibus  
et stabularis

1677.

1. Merditi, Burchardus: De iudicio multum pro-  
cessu.

1677.

2. Bardili, Muscardus: De iudicio concursus  
universali vulgo Fund - Process.
- 3a. & Frommann, Joh. Andreas: De correali obligatione  
2 Exempl. 1677. - 1736.
- 4a. & Frommann, Joh. Andreas: De actionibus per divisionem  
hinc inde occurrentium delineationem.
- 5a. & Frommann, Joh. Andreas: De executione in officio.
- 5b. \* Schobers, Johannes, Fridericus: Diploma, quo per. jur.  
dicamus ad solennia doctoralia Johannis Friderici  
Schobersi etc. invitatur.
6. Grovius, Johannes: Privilegium juris ex VIII big partibus  
congestum. - - -
7. Lamberbach, Wolfgang Adamus: De magis selecto.
8. Lamberbach, Wolfgang Adamus: Positiones in eugaribus.
9. Pegiferus, Joannes, Ulricus: Fehialis Germanicus.





1877

1. *Parthenon, Perikles*: *Republikanische Demokratie*  
*ausgewählte Aufsätze von L. Curtius*
2. *Platon, Sokrates*: *Die Kunst der Dialektik*  
*1877-1878*
3. *Platon, Sokrates*: *Die Kunst der Dialektik*  
*1877-1878*
4. *Platon, Sokrates*: *Die Kunst der Dialektik*  
*1877-1878*
5. *Platon, Sokrates*: *Die Kunst der Dialektik*  
*1877-1878*
6. *Platon, Sokrates*: *Die Kunst der Dialektik*  
*1877-1878*
7. *Platon, Sokrates*: *Die Kunst der Dialektik*  
*1877-1878*
8. *Platon, Sokrates*: *Die Kunst der Dialektik*  
*1877-1878*
9. *Platon, Sokrates*: *Die Kunst der Dialektik*  
*1877-1878*









TRACTATIO SYNOPTICA,  
DE  
NAUTIS,  
CAUPONIBUS  
ET  
STABULARIIS, <sup>2, 70.</sup> <sup>1061</sup> <sup>1676, 9.</sup>

Occasione *Tit. IX. Lib. IV. Digest.*

Von  
Schiffen und Gast-Hirthen, <sup>9</sup>

QVAM  
PRÆSIDE  
DN. WOLFFG. ADAMO Lauterbach,  
J. U. D. ET PROF. PUBL.  
IN ACADEMIA TUBINGENSI  
ANNO MDCLXXVI.  
RESPONDENDO PROPUGNAVIT  
JOHANNES PEILICKE,  
LIPSIENSIS.



Hale Magdeb. sumtu Hendeliano, 1740. (7)

TRACTATUS SYNOPTICVS  
MATHESIS  
CAPITULIBVS  
STANTIBVS

—————  
—————

—————  
—————  
—————  
—————  
—————  
—————





## CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

**R**atio connexionis. I. Nautæ, qui dicantur in lata, qui in stricta significatione. II. Caupones qui. III. Stabularii qui. IV. Caupones & stabuli exercitium omnibus permissum, etiam Cauponibus vicinis invidis; nisi horum privilegium obstat. V. An vicini honoratiores illud impedire possint. VI. VII. VIII. Hodie, multis in locis ejus permissio a Superioribus imperanda. IX. Caupone concessio an sit Jurisdictionis, an Imperii? X. Republice expedit, publicam Cauponarum curam habere. XI. Variæ illarum leges recensentur. XII. Caupones viatores recipere tenentur in viis. XIII. Isdem securitatem & omnia humanitatis officia prestare. XIV. Quod ipsum tamen a multis violatur. Caupones, Nautæ & Stabularii apud multos male audiunt. XV. Unde etiam Prætor Romanus adversus illos Edictum proposuit; Eoque duas Actiones dedit; XVI. Quarum prima dicitur Actio de recepto, & hic describitur. Estque Actio in factum. Honoraria. Personalis. Rei persecutoria & perpetua. An arbitraria? XVII. Ejus Causa Efficiens. Impulsiva. XVIII. Quæ sit ejus causa efficiens propinqua; An quas contractus? XIX. Quod impugnat Bachovius. XX. Sed rationibus non satis validis. XXI. Alia Objectio. XXII. Actionis de recepto Requisitum I. Ex quo inferitur, hanc actionem locum non habere in illis, qui non sunt Nautæ, Caupones vel Stabularii. XXIII. Requisitum II. XXIV. Requisitum III. XXV. Quando res receptæ videantur & dicantur. XXVI. An scientia Cauponis necessaria? Qualis necessaria. Quis illam probare debeat? XXVII. Illationis probatio cui incumbat. XXVIII. An gratuita receptio locum faciat huic actioni? XXIX. Quibus competat actio de recepto. XXX. Adversus quos. XXXI. An adversus tabernarios? XXXII. An contra Aurigas? Rationes

tiones pro affirmativa. XXXIII. Rationes pro negativa. XXXIV. Responsiones ad contraria. XXXV. Objectum hujus actionis. XXXVI. Quid hac actione petatur? Si res perierunt vel deteriores facte sunt; Casu fatali & vi majori. XXXVII. Quis casum probare debeat? Culpam, que præcessisse dicitur, quis probet. XXXVIII. Si perierunt casu, qui plerumque hominis culpa contingit. XXXIX. Si furto surrepta. A domestico vel extraneo. Si fur per fenestram intravit. Si de sure certo constat. XL. A proprio Cauponis famulo; qui communiter pro probo fuit habitus. XLI. Si a proprio Viatoris famulo. XLII. Si ab extraneo, tempore nocturno & vi majori. XLIII. Si propria Viatoris culpa concurrat. XLIV. Si ex cubiculo Viatoris surrepta; ipseque ejusdem claves habuit. XLV. Si Viator iisdem custodem apposuit. XLVI. Aut illas penes se habuit. XLVII. De Protestatione Nautarum &c. XLVIII. Si in rebus illatis damnum sit datum. XLIX. Aut ille incendio perierint. L. Quis rerum illatarum & peremptarum quantitatem ac estimationem probare teneatur. An in hac actione locum habeat juramentum in litem. LI. Contraria. De Exceptione retentionis. LII. De Usuris. LIII. De concursu aliarum actionum. LIV. De secunda Actione, que in secunda hujus tituli parte explicatur, & hic describitur. Est actio in factum. Personalis, Pretoria, Penalis, Perpetua. LV. Ejus causa efficiens remota: Propinqua. LVI. Requisita quasi delicti ex quo hac actio proficisci dicitur. LVII. Ex quibus infertur, hanc actionem cessare: I. ubi deficit nauta, caupona vel stabuli exercitium. LVIII. II. Si proprii Exercitorum servi furtum fecerunt. Aut illorum uxores & liberi. LIX. III. Si furtum fecerunt viatores vel vectores. Nisi remos agerent. LX. IV. Si ipsi Exercitores deliquerunt. LXI. V. Si delictum admissum extra navim vel cauponam. LXII. VI. Si furtum factum non vectoribus aut hospitiibus, sed aliis. Ejus declaratio. LXIII. VII. Si præter furtum vel damnum aliud delictum admissum. LXIV. Hec actio quibus competat. Adversus quos. Ad quid? LXV.

TRACTA-



TRACTATIO SYNOPTICA,  
DE  
NAUTIS, CAUPONIBUS  
ET STABULARIIS.

Occasione *Tit. IX. Lib. IV. Digest.*

I.

**S**icuti Prætor Arbitros Compromissarios, ut receptum officium impleant, compellit, *l. 3. ff. de recept. qui arbitr.* ita etiam, contra Nautas, Caupones & Stabularios, ut Res Receptas restituant, Actionem suo Edicto introduxit *l. 1. pr. ff. naut. coup. stabul.* FRANTZ. & ZOES. in *Comm. ff. d. r. num. 1.* vid. tamen BACHOV. in *Comm. ad part. 1. ff. d. r. ad l. 1. n. 1.*

II. Nautæ in generaliore sua significatione dicuntur omnes, qui in navi sunt, navis navigandæ gratia. *l. 1. ff. 2. vers. nautæ ff. b. r. l. un. ff. 1. ff. furr. advers. naut.* Omnium autem illorum officia & nomina hic recensere, nil attinet. Nonnulla, quorum in jure fit mentio, refert BENEV. STRACHA, *tr. Naut. Navib. & Navigar. part. 1. n. 4. & seqq.* plura FRANC. STYPMANN. *tr. de Jure Maritimo & Nautic. part. 3. cap. 5. n. 3. & seqq.* vide etiam PETR. PECK. in *Comm. ad Tit. Naut. Coup. Stabul. ad l. 1. ff. qui sunt igitur, n. 1. & seqq.* & ARN. VINN. *ibid. in not. lit. A. & B.* J. O. TABOR. *Racemar. Crim.*

*Crimin. ad tit. furt. advers. nau. tb. 13.* In specie, & in hoc loco, Nautæ vocantur, qui navem exercent, *d. l. 1. ff. 2. b. r.* & ex navi, merces vel vectores trajiciendo, quæstum faciunt, atque omnes obventiones & reditus inde venientes accipiunt; sive Domini navis sint, sive a Domino navem, per averfionem, ad tempus, vel in perpetuum, conduxerint. *l. 1. ff. 15. ff. de Exerc. action. STRACCHA, d. part. 1. n. 16. STYPMANN, d. cap. 5. n. 2.*

III. Caupones dicuntur, qui cauponantur, & quotidiani quæstus gratia cauponam exercent, *l. 1. ff. caupones 5. l. 5. ff. b. r.* illa viatores recipiendo, tam ad comedendum, quam ad cubandum. *PETR. PECK, ad d. l. 1. ff. Cauponer. n. 3.* vide *J. O. TABOR, in d. Crimin. Racemar. ad tit. furt. advers. nau. caup. tb. 8.* Germanis Wirthe, Gastwirthe, Gastgebere, & Caupona, Wirthshaus, Gasthof, alibi Kretscham. vide *CHRISTOPH. PHILIP. RICHTER, tom. 1. Consil. 55. n. 1. & seqq.*

IV. Stabularii appellantur, qui quotidiani lucri causa stabulum exercent, eo jumenta, ut ibi stabulentur, recipiendo. *d. l. 1. ff. 5. l. 5. ff. b. r.* Si itaque quis equorum mercatori vel locatori, eînem Wostäuscher oder Händler, stabulum suum pro annua mercede locaret, ut ipse equos suos ibidem stabularet, nec conductor, nec locator stabularius esset, & in neutro jura stabulariorum locum haberent. *arg. l. 1. ff. 1. ff. b. r. HIERON. MAGON, decis. Florent. ut. in pr. junct. num. 57. & seqq.* ibi: *neganda in primis hunc conductorem sub aliquo horum nominum (cauponum scilicet vel stabulariorum) contineri.* Et paulo post: *Hic autem nullos viatores, nec pedestres, nec equestres recipit, sed solum retinet equos suos, quos locat ad bomines vebendos undique.* Hodie ejusmodi stabula cauponis sunt conjuncta, & ab ipsis quoque Cauponibus exercentur; vid. *J. O. TABOR.*



in d. Racemar. ibes. 9. ita ut Caupones etiam sint stabularii.  
Gloss. ad l. 43. verb. taberna. ff. de R. N.

V. Jure communi, regulariter, omnibus licitum est & permiffum, in ædibus fuis, privato arbitrio, cauponam & stabulum exercere; post BALD. & alios Dd. BERLICH. 1. decis. 5. num. 1. & feqq. \*\* DAV. MEV. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 12. art. 12. num. 11. & feqq. SPEID. in Specul. voc. Wirth. verf. caeterum hofpitiarum, adeo, ut licet quis per plurimos annos, in aliquo loco, folus excepiſſet viatores & advenas, atque cauponam exercuiſſet: aliis tamen, etiam vicinis, nihilominus integrum eſſet, diverforium ibidem inſtruire, & cauponari, atque hofpites recipere, etiamſi inde alterius lucrum diminueretur; arg. l. 24. ff. de dam. infect. BERLICH. d. l. MEV. d. artic. 12. n. 16. RICHTER. tom. 1. part. 1. Conſil. 55. num. 13. & 29. niſi, ut illo in loco cauponam folus exerceret, und daß er eine Erb-Schenck hätte, per privilegium impetratſet. LINDENSPUR ad Ord. Polit. Wirtemb. p. 136. rb. 8. WALTHER. de Jure Metator. cap. 6. ff. 28. BERLICH. d. dec. 5. n. 4. & 5. ubi Dnn. Scabinos Lipſienſes, ad ejusmodi quæſtionem ita reſpondiſſe reſert: Hat ſich G. N. unterfangen, aus ſeinem-Hauſe ein öffentlich Gaſt-Hauſß zumachen, und allerhand Reiſende, in, und zwiſchen den Märkten zu beherbergen. Ob nun wohl einem jeglichen, ſein Hauſß, ſeines Gefallens zu gebrauchen, und Bürgerliche Nahrung zu treiben, frey ſtehet: Diemeil ihr aber, eurem Vorgeben nach, mit einem ſonderbaren Privilegio begnadet, und daſſelbe über Rechts bewehrte Zeit gebraucher, ſo verdet ihr billig darbey gelaffen, und mag euch zum Nachtheil gedachter G. N. aus ſeinem-Hauſe kein öffentlich Wirths-Hauſß machen. B. N. B. Vide etiam CLAR. tit. de feud. quæſt. ubi in fine ſcribit: Et ſuperioribus annis, cum quidam feudatorius haberet in ſuo caſtro jus & darium hofpiti, & alius

*alius privatus vellet in eo loco aliud hospitium erigere, forte ad æmulationem illius Domini, fuit judicatum, quod licet Domino eum prohibere ab hujusmodi erectione hospitii. Idem tradit & defendit FRANCISC. VIV. lib. 3. dec. 493. vid. RICHTER. de Consil. 55. n. 31. & seqq. ubi etiam defenditur, & a JCtis Jenensibus probatur, quod, Nobilis, diverforium, vel Popinam, quam in suo districtu habuit, in alium locum ejusdem districtus transferre, & ibidem instruere possit, etiam invito & contradicente Nobili vicino; modo hoc non faciat ad hujus æmulationem & damnum, sed ad suam utilitatem & commodum; quod ultimum in dubio præsumendum.*

VI. Illud Papiæ fuit disceptatum: an vicinus in singulari dignitate constitutus prohibere possit, ne vicinæ ædes cauponi elocentur, & in illis caupona instruat, atque exerceatur? Vid. MENOCH. *Consil. 666. & 798.* Affirmativam, cum Paride Puteo, & Angelo, defendere allaboravit Senator Papiensis, asserens, tabernas ibi fieri haut posse, ubi habitant personæ honoratiores & nobiles; ne viles & abjectæ personæ permisceantur cum honestis & nobilibus. Tabernarios autem non tantum ipsos inter viles & abjectos referendos, sed etiam lenones, hystriones, ebriosos, meretrices, aliasque turpes & inhonestas personas, quas vicini ex vicinia expellere possunt, recipere, probat, *arg. l. humile C. de incest. nupt. & per l. 43. pr. ibi: si quæ (ut adsolet) in taberna cauponia, vel qua alio pudori suo non parcit ff. de vite nupt. vid. CIC. pro L. Flacco 14.* ubi tabernarios etiam ad faciem civitatis refert, scribens: *opifices & tabernarios, atque illam omnem faciem Civitatis, quid est negotii, concitare.* Præterea, addit, in tabernis sæpe etiam rumores ac strepitus excitantur, quibus vexantur & magnis molestiis afficiuntur vicini. Vid. MENOCH. *lib. 8. Conf. 798. n. 7. & seqq.*

VII

VII. Contrarium, Vicinum scilicet, etiam in dignitate constitutum prohibere & impedire non posse, ne ædes vicinæ cauponi locentur, & in illis caupona exercentur, consulendo respondit, & defendit laudatus MENOCHIUS, *d. Consil. 798. n. 1. & seqq.* sequentibus rationibus: quia quilibet rerum suarum moderator & arbiter, *l. 21. C. mandar.* & iustum est, sua cuique committere, *l. 9. C. de Judæ,* iniquum vero & odiosum, ingenuis hominibus liberam rerum suarum administrationem & dispositionem adimere; *l. 2. ff. si a parent. quis manum.* adeo, ut Domino, qui re sua uti impeditur, contra impediendum injuriarum competat actio; *l. injuriarum 13. ff. de injur.* imo gravis injuria dicatur, quæ inani honestatis colore velatur, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inviti, *l. 14. C. de contrab. empr. arg. l. invizos. 11. C. locar. & cond.* Unde, qui in re sua, ad suam utilitatem & commodum, aliquid facit, atque sic suo jure utitur, licet illud aliquo modo, & per consequentiam, vergat in vicini damnum, injuriam tamen eidem facere non censetur. *l. 24. ff. de damn. infect. l. 8. ff. si serv. vind.* vide RICHTER. *tom. 1. part. 1. Conf. 55. n. 6.* Mediolani quoque & Papiæ, aliisque in locis, unicuique licitum esse, & semper fuisse, ædes suas, in quacunque Civitatis parte sitas, cauponibus locare, & in illis cauponam exercere, refert, & exemplis probat MENOCH. *d. Consil. n. 14.* simulque *num. 15.* addit, publice quoque utile esse, ut Cauponæ, & hospitia publica bene instructa, in honoratioribus civitatum locis habeantur & exercentur; maxime illa, in quibus hospitari solent Viri Nobiles & illustres, Barones, Comites & Principes; illorumque exercitium, per se, neque turpe, neque inhonestum; & per consequens, illorum quoque exercitores, qua tales, inhonestis & turpibus personis non annumerandos esse. Quod

B

autem

autem tabernarii inter humiles & inferioris ordinis Cives referantur, ad hoc respondet MENOCHIVS, inter *tabernam* & *tabernarios*, atque inter *cauponam*, & *caupones* distinguendum esse, scribens: *taberna* enim est, in qua venditur vinum & caro cocta, minutatim, quam *Bettulam* appellamus (Germani *Garfücken* vid. SPEIDEL. in *Specul. voc. Garfücken*) & in qua *Comestibilia* venduntur, & comedentes recipiuntur, non ad cubandum, neque ad equos stabulandos. *Caupona* vero est honoratior, in qua ad cubandum hospites & advenæ recipiuntur cum equis, & in quibus hospitantur etiam viri nobiles & illustres. d. *Conf. num. 23. in fin.* vide *Gl. ad l. 43. pr. de R. N. voc. taberna.* VINN. ad PETR. PECK. ad l. 1. §. *caupones ff. h. t. l. C.* Et quamvis, more Romanorum, & hodie quoque multarum civitatum consuetudine, caupones, ad illum Civium ordinem referantur, ad quem *Opifices*, & *Tabernarii*, fatente ipso MENOCH. de *arbitr. judic. cas. 404. n. 2. & 3.* ubi ex *Chaffanaro* refert, hospitalitatem quidem rem esse valde decoram, honestam ac officii plenam; quæstuariam vero, sive cauponariam, illiberalem & sordidam; & macellarios sordidos & mechanicos: attamen hoc ipso non impediuntur, quo minus, etiam in Civium honoratiorum vicinia, ædes conducere, e-mere, atque ibidem cauponam exercere possint. Videmus enim passim, etiam *Pistores*, *Sartores*, *Sutores* & similes, in locis Civitatum nobilioribus & honoratis, atque in vicinia *Patriciorum* ac honoratiorum Civium, suas habere *tabernas* & *officinas*, sine confusione & commixtione *Ordinum Reipublicæ & Civitatis*. Præterea licet quidam ex *Cauponibus*, *lenones*, & *feminas meritorias* turpiter recipiant: propterea tamen non omnes caupones vicinia honoratiorum erunt arcendi; sed illi, qui hoc faciunt, ne hoc facere pergant, graviter puniendi. Ad auctoritatem *Paridis*

ridis Patei & Angeli respondet MENOCH. illum loqui de eo casu, quo quis in eadem domo, in qua honoratiores habitant, tabernam & cauponam vellet instituere; Angelum vero de Usufructuario; qui ædes, & domum usufructuariam, cauponi, ad cauponæ exercitium de novo ibidem instituendum propterea locare non possit, ne usum ædium ad habitandum comparatarum, in alium mutet; quod ipsi permissum non est. *l. 13 ff. arg. l. 44. ff. de usufr.* ANTON. FABER. *add. l. 13. ff. ult.* Quod autem usufructuario denegatur, illud non statim etiam ædium Domino est denegandum. MENOCH. *d. corsf. n. 28.* Unde etiam DAV. MEVIUS, haut tamen quis, scribit, in ædibus diversorium instituere, prohibetur, ubi antea id factum non fuit; sicut, relictantibus vicinis, id admissum non semel fuisse, memini, *ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 12. art. 12. n. 15.*

VIII. Nos, in hac quæstione, multum æqui ac prudentis iudicis arbitrio relinquendum, & inter alia, cauponis, ac cauponæ instituendæ qualitatem probe considerandam esse putamus. Cerrum enim est, non omnes cauponas ejusdem esse qualitatis & conditionis. In quibusdam enim, experientia teste, hospitantur tantum viri honoratiores, nobiles, ac sæpe etiam Principes; quas, honoratiores, & indignitate constituti, sine aliis urgentibus causis, a vicinia sua arcere haut poterunt. In aliis vero indistincte omnes recipiuntur, advenæ, & indigenæ, sine omni delectu, & ut plurimum aurigæ tantum, tabellarii, & id genus hominum; cujusmodi cauponæ, in locis Civitatum nobilioribus, & in vicinia nobilium ac honoratiorum, maxime circa ædes sacras & scholas, de novo non facile erunt admittendæ. Licet enim quilibet rebus suis libero uti possit arbitrio: nihil tamen nec in suo facere potest, quo decus publicum diminuatur. *arg. l. 2 C. de adif. priv.* Unde

etiam in multis Civitatibus bene ordinatis, ejusmodi cauponas videmus in locis remotis & ignobilioribus; ubi regulariter inferioris tantum ordinis cives sua habent domicilia.

IX. Hodie, multis in locis, absque superioris consensu & permisso, cauponam habere & exercere, nemini licet. KLOCK. *de Erario lib. 2. c. 59. n. 6.* ubi scribit: Hinc jus cauponum refertur inter Ehehafften, seu inter illas res, quæ non sunt meræ facultatis, sed dependent a nutu & consensu, Magistratus. Idem tradit KNIPSCHILD, *de jure civit. Imperial. lib. 2. cap. 5. n. 164.* WALTHER. *de jure Metzorum. cap. 6. n. 28.* & FRID. PRENNING. *in addit. ad Conf. 21. rom. 2.* MART. URAN. *lit. a.* ubi scribit: unde consequens esse apparet, hæc vel similia jura, erigendi furnos, molidina, macella, balnea, hospitia cauponaria &c. veluti publicam hominum utilitatem & necessitatem magis, quam privatam commodum, sicque jura Reipubl. ejusque Jurisdictionem respicientia, esse res non jure communi liberæ voluntatis, sed jura publico jure introducta specialia & singularia Magistratuum majorum, aut ut nos loqui solemus sonderbare Ehehafft-Recht. vide RICHTER *rom. 1. p. 1. Conf. 55. n. 24. & seq.*

X. Hinc, cauponæ concessionem, actum Jurisdictionis esse, & Jurisdictionem probare, tradit BESOLD. *in thes. Pract. voc. Gast.* LINDENSP. *ad Ord. Pol. Wirtemb. p. 136. th. 9.* KLOCK. *d. l.* Alii hanc potestatem cauponæ sive cauponandi jus & exercitium concedendi referunt ad superioritatem territorialem. KNIPSCHILD. *d. c. 5. n. 162.* Alii ad simplicem jurisdictionem, vid. MYNSING *dec. 3. resp. 25. n. 4.* Plurimi vero ad mixtum imperium, simulque testantur, hoc usu, potissimum in Suevia, receptum esse, vid. KNIPSCH. *d. c. 5. n. 163.* STEPHAN. *de Jurisd. lib. 1. c. 12. n. 25.*

THOM.

THOM. MICHAEL. *de Jurisd. thes.* 103. lit. c. WALTHER. *de jure Metar. d. cap. 6. n. 28.*

Verum, quamvis jus cauponarum exercitium concedendi, multis in locis, illis, qui ibidem Jurisdictionem & mixtum imperium habent, competat: proprie tamen loquendo, nec jurisdictionis, nec mixti imperii est. Qui enim cauponandi facultatem concedit, ille, hoc ipso, nec in causis civilibus litigantibus jus dicit, nec in iisdem causis judicata & statuta exequitur & tuetur: vid. FRANTZ. *in Comm. ff. tit. de Jurisd. n. 13. & seqq.* sed proprie pertinet ad generalem Civitatis & Universitatis administrationem & curam, quæ ejus Magistratui incumbit. Unde alii simpliciter scribunt, quod hæc potestas competat denen Voigts-Herren. WEHNER. *Obs. Pract. voc. Voigtey n. 35.* ibi: Die Mittel-Nieder-Gräff und Voigt-Herren haben Macht auf ihren Grund, Boden und Flecken, Wirths-Häuser, Brau-Häuser, Mühlen, Backhäuser, Badstuben, Schmieden aufzurichten und zu haben. Idem tradit BESOLD. *d. voc. Gast.* LINDENSPUR. *d. ff. 9.*

In Wirtembergiæ Ducatu, sine speciali Principis concessionem, ejusdem officiales, die Amt-Leute, Forst-Meister, Schultheissen und Forst-Knechte, cauponam exercere nequeunt. *Ord. Pol. Wirtemb. tit. 30. ff. Wir wollen.* quæ prudens sanctio, scribit LINDENSPUR. *add. ff.* quo minus observatur, eo majora mala hominum ejusmodi genus committere nunc solet. Jure Canonico Clerici macellariorum & tabernariorum officium exercere prohibentur. *cl. m. 1. de vit. & honest. cleric.* MENOCH. *de arbitr. jud. cas. 412. num. 1. & seqq.*

XI. Publice autem expedire, ut cauponæ non nisi publica autoritate erigantur & instituantur, ostendit KLOCK. *de Erario lib. 2. cap. 59. n. 1. & seqq.* SPEIDEL. *in Spec. suo voc.*

*Wirth. vers. & certe magis*, ut nimirum peregrinantes & viatores habeant, ubi commode, secure & oportune diversari, pernoctare & victum sumere possint. LINDENSP. *d. l. p. 131. ibi: Peregrinorum cum ubiuis diligens ratio debeat haberi.* KNIPSCHILD. *de Jure Civ. Imper. lib. 5. c. 26. n. 20.* & ne promiscuo Cauponarum exercitio Civitas & Universitas, quod facile & multis modis fieri posset, damnum & periculum incurrat. Multarum enim urbium corruptelas ex cauponarum incuria oriri, scribit ADAM CONTZEN, hac addita ratione: cum in ea loca faex civitatum confluat, & vitia sese primum intendunt, illis in locis, ubi lucro sunt eorum fautoribus *lib. 7. Politic. cap. 20. §. 8.*

XII. Hinc etiam, in Rebus publicis bene constitutis, Cauponibus variæ præscribuntur leges; v. gr. ut Civitatum Gubernatoribus, singulis noctibus, nomina hospitiū suorum per schedulam indicent, daß sie alle Abend einen Nachtzettel und Verzeichniß übergeben, was sie für frembde Personen bey sich haben. KNIPSCHILD. *de Jure Civit. Imp. lib. 5. cap. 26. n. 29.* Ne latrones, fures, stelliones, Spisibuben und Beutelschneider, & id genus homines in diversoria recipiant. KLOGL. *de Aerario lib. 2. c. 59. n. 2.* Ut hospitibus cibum, potum & pabulum, aliaque necessaria, justo pretio vendant, ac præbeant. vid. W. Lands-Ordnung *tit. 39. §. 1. & 2.* vid. KNIPSCHILD. *d. tit. d. c. 26. n. 27.* SPEIDEL. *in Spec. voce Wirth. versu: & sane Hospitiūrum, ibi: ne caupones pro libidine & avaritia sua nummis emungant hospites.* Civibus vero & incolis, qui voluptuosioris vitæ gratia in cauponis conveniunt, gulæ irritamenta & luxuriæ fomenta ne subministrent, atque eo ipso ad libidinem, rixas, & quamplurima alia similia mala viam sternant. *Ord. Pol. Imp. de An. 1548.* Von etlichen Artickeln, darinnen den Obvrigkeiten, Ordnung fürzunehmen befohlen wird. §. Ferner haben wir. ibi:



ibi: der übermäßigen Zehrung halben bey den Wirthen, & de Anno 1577. sub eodem tit. W. Lands-Ordn. tit. 30. §. 5. & seqq. Cauponæ enim non voluptatis, sed necessitatis grati haberi & exerceri debent. SPEIDEL. in Specul. d. voc. Wirth. vers. quantum etiam. Unde etiam Plato, cum intellexisset, quod caupones, re, quam necessitatis gratia exercere debent, abutantur, receptando lucri gratia helluones & otiosos, eisdem odulia, lusoria instrumenta, & alia, quæ voluptatis sunt, ministrando, aliquot de iisdem conscripsit leges, quas recenset KLOCK. de Erario d. c. 58. n. 8. & SPEIDEL. d. voc. Wirth, ubi etiam referunt, in Gallia, aliisque in Regnis, caupones, singulis annis, repetitis constitutionibus prohiberi, Cives vel Oppidanos, voluptatis gratia accedentes, recipere. In hac etiam Eberhardina Academia, hac de causa, talis lex, singulis semestribus, publice prælegitur: Nemo præterea studiosus in publicis diversoriis & cauponis assideto, epulator, potato, nisi honesta de causa, & cum Præceptore illuc venerit: vel cum suis Parentibus Propinquis, Necessariis versetur. Quod ipsum in Nova quoque Ordinatione Dn. Ducis Friderici, c. 14. sequentibus verbis repetitum legitur: Alle heimliche Trinekstuben, so wol in der Stadt, als außser derselben, in den benachbarten Flecken, darinnen die Studenten außserhalb ihrer ordentlichen Tische zusammen kommen, und schädliche Zechen anstellen, sollen so wol allen Universitäts, als denen von der Bürgerschaft, bey ernstlicher Straffe verbotthen seyn. In massen auch die öffentliche Wirth, und Gastgeber etc. Imo nec honorificum cenabant Veteres, cibum & potum capere in cauponis. Sic Isocrates: In caupona vel bibere vel edere ex antiquis nullus audebat vel domesticus vel familiaris. Nam dabant operam, ut graves esse viderentur. Sic CAJUS Jctus in l. si quis servum meum 26 ff. de injur. responderet, injuriam patri vel Domino fieri, si quis filium vel servum

vum in popinam duxerit; nempe quod ibi colluvies hominum, & aleatorum ac erronum confluat turba. KLOCK. *d. c. 58. n. 8. & 9.* SPEID. *d. voc. Wirth.* Quamvis hodie multis in locis, etiam ab honoratioribus, honesta convivia in cauponis instituuntur; & tunc causæ honestas, ac personarum qualitas omnem sinistram opinionem excludat.

XIII. Peregre vero venientes & viatores, caupones recipere tenentur, etiam inviti, *l. un. §. f. ff. furt. adv. naut.* PETR. PECK. *ad l. i. §. i. ff. b. r. n. 7.* & ibi VINN. *in not. lit. e. & f. SPEID. in Spec. voc. Wirth. vers. quantum etiam.* Licet enim nemo cauponam exercere cogatur, sed ab initio in libero sit cujusque arbitrio, an cauponari, & ita hospites recipere, aut semel inchoatum cauponæ exercitium iterum omittere velit: *l. i. §. i. ff. b. r.* ibi PETR. PECK. *n. 7.* & VINN. *in not. lit. f.* attamen qui cauponam palam & publice exercere ceperunt, & in eodem exercitio perseverant, atque publici diverforii signa suspensa habent, advenas & viatores apud illos hospitari desiderantes, regulariter repellere nequeunt. *d. l. un. §. f.* Eo ipso enim, quo cauponationis signa suspensa habent, & palam ac publice cauponam exercent, viatores invitare, ac publice profiteri censentur, cuique viatori volenti licere eo se recipere, ad requiescendum, cibumque & somnum ibidem pro pretio capiendum. Unde quod semel & publice obtulit, postea reculare nequit, *arg. l. 3. §. i. ff. qui arbit. recep. l. 17. §. 3. ff. commod.* PECK. & VINN. *dd. ll.* J. O. TABOR. *in Racemar. Crim. ad rit. furt. advers. naut. caup. stabul. tb. 18.* & *in tr. de metat. part. 2. c. 3. rhes. 14.* KNIPSCHILD. *de Fur. Cro. Imp. lib. 5. c. 26. n. 20.* J. H. STAMM. *de servit. pers. lib. 2. cap. 14. n. 3.* ita ut iter facientes adversus cauponem, illos non admittentem & repellentem, Judicis officium implorare, & Magistratus, suo officio, cauponem ad viatorum receptionem compellere possit; PECK. *d. n. 7.*

d. n. 7. nisi caupo haberet justam excusationis causam, v. gr. si ejus hospitium jam sit repletum, ita ut plures recipere non possit. TABOR. *dd. ll.* PECK. & VINN. *dd. ll.* SPECKHAN. *Cent. 1. quæst. 23. n. 5.* KNIPSCHILD. *d. n. 20.* aut advena ipsius cauponis, vel etiam Civitatis inimicus vel hostis. Hæc enim obligatio viatores recipiendi, limine prudentiæ est circumscripta, ut ne incautius admissis hospitibus, caupo vel ipsa Respublica aliquid detrimenti capiat: vid. BERNEGG. *ad Tacit. de mor. Germ. quæst. 125.* PECK. *d. n. 7.*

XIV. Caupones, hospitibus receptis, in cauponis suis etiam tutum & securum refugium ac receptaculum præbere, & jus hospitii magna fide servare, iisdemque omnia humanitatis officia præstare debent, LINDENSPUR. *ad Ord. Pol. Wirtemb. tit. 30. n. 14.* ipsa naturali & humanitatis ratione distante. Hinc etiam de prisicis Germanis Cæsar scribit: *Hospites violare fas non putant, qui quaque de causa ad eos venerunt, ab injuria prohibent, sanctosque habent, lib. 6. de bell. Gall. & TACITUS: Hospitii non alia gens effusus indulget. Quemcunque mortalium arcere recto, nefas habetur. Nec interest, pari humanitate accipiuntur. Notum ignotumque, tantum ad jus hospitii, nemo discernit. tr. de morib. Germ. cap. 21. n. 3 & 4.* Sic HESIODUS, in hospite religionem violari, opinatur, *lib. 1. op. & dier.* itemque OVIDIUS, inter scelera summa numerat, quod nec sit hospes ab hospite tutus. *Metamorph. 1. 144.*

XV. Verum hoc hospitii jus, apud multas gentes, turpiter fuit violatum; vid. BERNEGG. *d. quæst. 125.* & crescente indies hominum malitia, sequentibus temporibus, etiam apud Germanos, multi peregrinatores contrariam fortunam sunt experti, ac in diversoribus, maxime in pagis & villis, vitæ periculum subierunt. vid. LINDENSP. *ad d. tit. 30. n. 1. p. 131.* Apud Romanos quoque caupones jus hospitii sæpe violasse, testis est ULPIANUS JCRUS, *in l. 1. ff. 1. ff. b. r.* respondens: &

C

nisi

nisi hoc esset statutum, materia daretur cum furibus adversus eos, quos recipiunt, coeundi: cum ne nunc quidem abstineant hujusmodi fraudibus. vid. etiam l. 3. §. 1. ibi: *cavam agere reprimenda improbitatis hoc genus hominum ff. b. t.* Hinc etiam, apud veteres, Græcos & Romanos scriptores, Caupones male audiunt, & de illorum vilitate, improbitate, avaritia, malitia & perfidia leguntur multa; ita ut Horatius nunquam Cauponum faciat mentionem, quin continuo adjiciat, cujus perfidiæ esse soleant. Etiam apud juris nostri Interpretes dura adversus caupones, nautas & stabularios leguntur scripta. *Hoc genus hominum, scribit PETR. PECKIUS, adversus bonam fidem, & jus Gentium, cum furibus contra eos, quos recipiunt, sæpenumero coivisse, multorum calamitate evidentissimum evasit. ad l. 1. ff. b. t. n. 1. vid. VINN. ad PETR. PECK. in l. 6. ff. b. t. in not. lit. a. KLOCK tom. 3. Consil. 135. n. 44. & sqq. ibi: sunt de Jure suspecti &c. CHRISTINÆ, vol. 5. decis. 65. n. 17. ibi: Lex enim suspectum habet hoc genus hominum, propter frequentes fraudes, & cum furibus coitiones. ANT. MORNAC. ad d. l. 1. b. t. ad verba: cum ne nunc quidem abstineant, ubi addit: Fecit ergo cauponaria malignitas, ut præscriptis Parisiensium moribus, art. 128. nulla caupombus ælio data sit, sed sola retentio rerum, quas intulerint peregrini hospites, vel eorum, quos adduxerint. Et quomodo, scribit PETR. PECK. d. l. Magistri ipsi, & penes quos primaria rotius exercitii cura est, bonæ fidei sint, & nullo crimine irriveriti: certe familiam tamen impurius farinae ut plurimum adbibere solent. Hinc etiam veteres honestiores, ad evitandas fraudes sordesque, ac varias, quæ incidebant sæpius in diversoriis, molestias, usi sunt tessæris in itinere faciendo hospitalibus; diviso scilicet ex æquo frustulo ligneo, cujus dimidia pars erat utrinque penes duos amicos, mutuuum hospitium præstantes; qua oblata, offerentes hospiti excipiebantur. vid. MORNAC. d. l.*

XVI. Prætor quoque Romanus, dictas ob causas, adversus Caupones, Nautas & Stabularios singulare Edictum proposuit, simulque voluit, ut Caupones, Nautæ & Stabularii, in cauponam navim & stabulum illata, fideliter custodiant, ac salva atque illæsa restituant; *l. i. pr. ff. b. z. REGN. SIXTINI. vol. 3. Consil. Marburg. 7. n. 90.* quod ipsum Edictum ULPIANUS JCTus laudat, ejusque utilitatem maximam esse responderet *in d. l. i. ff. b. z.* Dedit autem Prætor hoc suo Edicto, adversus dictas personas, duas diversas Actiones; quarum prima dicitur de Recepto, & in prima hujus tituli parte explicatur; altera vero, qua viatores & navigantes, contra dictas personas, de famulorum & inhabitantium delicto experiri possunt, in parte secunda, nimirum *in l. pen. & ult. b. z.* quamvis in ipso rubro *b. z.* prioris saltem fiat mentio. PETER PECK *add. l. n. 3. ibi VINN. in not. lit. b.* vide J. H. STAMM. *tr. de servit. person. lib. 2. cap. 14. n. 19.* ubi tractatio hujus materie dicitur utilis & quotidiana.

XVII. Prima Actio in hoc titulo, contra Nautas, Caupones, & Stabularios proposita, uti dictum, vocatur de Recepto, *l. i. ff. 3. l. 3. ff. b. z.* & est actio in factum, Prætorica, Personalis, Rei persecutoria, & Perpetua, qua vectores & hospites, a navium, cauponarum vel stabulorum Exercitoribus, res ab illis receptas repetere possunt. *l. i. & seqq. b. z.* In factum dicitur hæc actio, *in l. 3. ff. i. ibi: ex hoc Edicto in factum actio proficiscitur ff. b. z.* & quidem in latiori significatu (vid. *l. ii. ff. de P. V. VINN. add. l. 3. ff. i. ff. b. z. lit. a. & ad ff. Inst. de Leg. Aquil. junct. d. l. 3. ff. i. b. z.*) eo, quod certo & specifico nomine demonstrari non possit, sed in factum, & juxta id, quod factum, concipitur & componitur, illaque facti descriptione designatur. Prætorica sive Honoraria expresse vocatur hæc actio *in l. 3. ff. i. & 5. b. z.* Personalis, quod fit, hætenus dubitavit nemo. vid. *l. i. ff. 2.*

ibi: *debeat obligari b. r.* Eandem quoque Rei persecutoriam ac Perpetuam esse, probat text. *in d. l. 3. §. 4. b. r.* Reliqua descriptionis verba explicantur in seqq. Hanc actionem arbitrariam esse putat ANTON. FABER. sed contrarium probat BACHOVIVS, *in d. Comm. ad l. 1. §. 1. b. r. n. 4. p. 1295.* & qui illum sequitur STYPMANN. *rr. de jure maritimo part. 4. c. 15. n. 342. & seqq.*

XVIII. *Causa Efficiens hujus Actionis est Praetor; d. l. 3. §. 1. & §. b. r.* qui, æquitatis studio ductus, & Nautarum, Cauponum, ac Stabulariorum improbitate, vid. *l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. ff. b. r. & preced. §. 15.* iterque agentium conditione atque favore motus, (vid. *l. 1. §. 1. ibi: quia necesse est, plevumque eorum fidem sequi, & res custodia eorum committere, b. r. & ib. VINN. in not. ibi: Vectores & hospites tempus non habent ad explorandum illorum fidem. KLOCK. tom. 3. Consil. 135. n. 12. GRIVÉL. decis. 49. num. 3.*) hanc actionem dedit, juris Civilis partim adjuvandi, *l. 3. §. 1. ff. b. r.* vid. *l. 15. §. 26. ff. de injur. l. 76. §. 8. ff. de leg. 2.* partim supplendi gratia: dum eandem concessit etiam eo in casu, quo alia Actio non competit. *d. l. 3. §. 1. ff. b. r.* Adeoque nihil potest hoc Edicto durius videri constitutum in istos homines; quod amplius inde quoque firmatur, quod, qui publice hospitio quosvis recepturos profiterentur, quasi fidem, & tutum hospitium omnibus polliceri, & quodammodo sese offerre intelligantur; quod in aliis quoque causis fortius adstringit. *l. 1. §. 35. depof. BACHOV. ad l. 1. §. 1. b. r. n. 1.*

XIX. De hujus Actionis Causa Efficiente Propinqua, non una est Doctorum sententia. Multi simpliciter scribunt, hanc actionem ex contractu esse. Vid. *CUJAC. ad lib. 22. PAUL. ad Edict. l. licet gratis ff. b. r. C. J. A. b. r. 1b. 10. OLDEND. de Action. class. 7. actione 5. n. 2.* Multi ex Neotericis, eandem quasi Contractum esse, & hanc actionem ex quasi contractu descen-

descendere, docent. ANT. FABER & BRUNNEM. n. 2. ad l. 1. b. 2. HARPPR. ad ff. 3. Inst. de oblig. quæ quas. ex delict. n. 7. & 8. HAHN. ad Wesenb. ff. b. r. n. 5. STRUV. in Synt. Jur. Exerc. 8. rhes. 108. Idem tradit BARTOLUS in l. 6. b. 2. Eo ipso enim, quo quis cauponam, navem vel stabulum exercet, simul, cauponam, navem & stabulum suum idoneum esse, cui res tuto committi possint, profiteri videtur; & quamprimum in illum immittæ, aut eidem assignatæ sunt, ipse easdem tacite in suam custodiam recipisse, atque illas salvas fore, promississe jure censetur, l. 1. ff. 6. ibi: ait Prætor: quod cujus saluum fore receperint: hoc est: quamcunque rem sive mercem receperint. ff. 8. ibi: an, etsi non sunt assignatæ, hoc tamen ipso, quod in navem missæ sunt, receptæ videntur? & puto: omnium eum recipere custodiam, quæ in navem delatæ sunt ff. b. 2. quo ipso, etiam vectores & hospites, res illas, illius custodiæ, tacite commississe censentur; d. l. 1. ff. 1. b. 2. licet de eo nihil expresse sit actum l. 5. ff. b. 2. vid. BACHOV. in Comment. ad l. part. Digest. ad b. r. p. 1300. n. 9. ibi: quod est in l. 1. ff. 1. necessorie intelligendum est, quod sit generalis commissio custodiæ, & tacita quadam receptio. KLOCK. tom. 3. Cons. 135. n. 9. ibi: censentur ipso facto atque exercitio profiteri, se suumque diversorium idoneum esse, cui res tuto credantur, & tacite quodammodo pacisci, ut salvæ omnino restituantur. GRIVELL. decis. 49. n. 1.

XX. Prædictam sententiam, Actionem scilicet de Recepto ex quasi contractu descendere, rejicit BACHOVIVS, scribens: Sed quomodo ex quasi contractu? Quasi enim contractuum propria differentia est, tacita conventio: hic autem utriusque v. c. caupo tenetur ex conventionem expressa, & ex recepto; & ergo ex vero contractu, in d. Comment. ad l. 1. ff. 1. b. r. p. 1292. & p. 1296. ubi addit: Ad naturam hujus Actionis pertinet, quod est non penaliter, sed rei persecutoria, & ut ex supra dictis patet, ex contractu vel locati, vel depositi, dum caupo rem saluum fore recipit.

*recipit.* BACHOVIUM sequitur, & ejus sententiam amplectitur FRANC. STYPMANN. *in tr. de jure maritimo part. 4. cap. 15. n. 266. & seqq.* ubi scribit: *diximus supra n. 168. actionem de recepto esse ex deposito; unde sequitur, quod exercitor, qui ex recepto tenetur, non ex quasi contractu, seu tacita conventionem, ut ANT. FABER. ad b. t. existimat, sed vera, i. e. expressa conventionem obligetur, eaque vel depositi, si gratis veltores trajiciat, vel locati, si pro certa mercede l. 3. §. 1. l. 5. ff. b. t.*

XXI. Verum ipse ULPIANUS, *in d. l. 3. §. 1. b. t.* Actionem de Recepto Prætoriam, distinguit a Civili actione ex deposito & locato veniente, simulque diversam utriusque naturam ostendit. Et quamvis cum actione de Recepto, interdum Actio depositi, vel locati, concurrat: *d. l. 3. §. 1.* attamen quod hæ civiles etiam ratione originis ab illa differant, & hæ ex deposito ac locato, illa vero ex Prætoris Edicto proficiuntur, verbis expressis ipse respondet *in d. l. 3. §. 1.* ibi: *ex hoc Edicto in factum actio proficiscitur.* Neque Actio de Recepto expressam conventionem requirit: sed eo ipso, quo Exercitores Navium, Cauponarum, ac Stabulorum, aut illorum ministri ad hoc constituti, res in Navem, Cauponam aut Stabulum inferri patiuntur, tacite, illas salvas fore, recipisse & promississe censentur. *d. l. 1. §. 6. & §. 1. 5. ff. b. t.* PETR. PECK. *ad d. l. 1. §. 6. t. n. 3.* ibi: *ipso itaque facto & pariendo, res in navem introduci, custodiam rerum recipere, & salvas fore, promittere videtur.* CARPZ. *J. F. part. 2. const. 26. def. 10. n. 6. & 7.* ibi: *Nam hæ actiones, scilicet ex deposito & locato, non nisi ex conventionem dantur, quæ sæpe non intercedit, aut etiam difficulter probari potest. Ex Edicto vero Prætoris Caupones tenentur, etiam si conventio non præcesserit. Ipso enim facto hospes, qui immittit, testatur, se, sua, fides custodiaque cauponis committere; & hic silentio suo quasi profiteretur, diversorium idoneum esse, cui res tuto credantur.* Et licet inter ejusmodi exercitores,



citores, & viatores atque vectores, expressa conventionione locatio contrahatur, vel depositum; obligatio tamen, res salvas fore, & actio de recepto, non ex locato vel deposito, sed ex eo, quod Prætor tacite actum præsumit, proficiscitur. *d. l. 3. ff. 1. Plerumque enim id accidit*, inquit POMPONIUS, *ut extra id, quod ageretur, expresse scilicet tacita obligatio nascatur, l. 13. ff. 2. inf. ff. Commod.* Imo si Exercitor res salvas fore promississet, adhuc tamen, secundum prædictam sententiam, Actio de Recepto ex quasi contractu, compereret, & causa ejus ordinaria non mutaretur. *arg. l. 3. C. de fidejussor. l. 3. ff. de leg. 1. l. 56. pr. inf. ff. mandat.* vid. BACHOV. ad TREUTL. *l. disp. 22. ib. 4. lit. b. C. J. A. tit. de condict. indeb. ib. 2.*

XXII. Illud prædictæ sententiæ, Actionem scilicet de Recepto, ex quasi contractu descendere, magis obstare videtur, quod tacita & præsumta ejusmodi receptio & promissio res salvas fore, ex se, & sua natura, non habeat vim obligationem efficacem & actionem producendi; alias enim non opus fuisset Prætoris Edicto; & Actio de Recepto non Prætoria, sed Civilis esset, æque ac aliæ actiones ex quasi contractu venientes. An vero Prætor, hoc suo Edicto, ex quo nostra actio proficisci dicitur, novam quasi contractus speciem formare voluerit, & potuerit, propterea dubium videtur, quod reliquæ conventioniones, etiam expressæ, quæ accedente Prætoris Edicto Actionem producant, contractibus non annumerentur. vid. *tit. de Const. pecun.* vid. VINN. *ad l. 3. ff. miratur b. r. lit. a.*

Hoc dubium qui non remouet, ille necesse habet, ut dicat, hanc actionem de recepto dativam magis, quam nativam esse; (quod de secunda hujus tituli actione etiam dicit BACHOV. *in d. Comm. ad b. r. p. 1308.*) & tacitam illam conventionem ac promissionem, rem receptam salvam fore, causam tantum impulsivam specialem esse, ob quam Prætor suo Edicto hanc

hanc actionem det. Cui sententiæ etiam favere videtur, quod hæc actio ex Edicto proficisci, *l. 3. §. 1.* & Caupones, Nautæ ac Stabularii ex Edicto ob receptum teneri dicantur *in d. l. 3. §. 1. & 3. junct. §. 5.* Hanc vero, sive priorem quis amplectatur sententiam, quoad effectum & usum practicum parum interest.

XXIII. Ut autem hæc Actio de Recepto competat, sequentia ut concurrant, necessarium est: I. In Recipiente requiritur Cauponæ, Navis vel Stabuli exercitium, & ut ipse Cauponam, Navem vel Stabulum quotidiani quæstus gratia exerceat. *l. 1. pr. & ff. & ll. seqq. b. r.* Cessat itaque hæc Actio, si Amicus Amicum, vel alii, qui ejusmodi Exercitores non sunt, peregre venientes, v. gr. Principe adveniente, & urbem ingrediente, ejus aulicos, comites ac ministros, aut tempore, quo nuptiæ Principis celebrantur, aut ejusdem nupta solenniter domum ducitur, hospites, aut spectandum adventantes, hospitio, vel ex necessitate, vel libera voluntate, recipiunt, *arg. dd. ll.* Idem dicendum de illis, qui solennium nundinarum tempore, v. gr. Lipsiensium & Francofurtensium, prævia conventionione, certos mercatores, & advenas alios, in ædes suas recipiunt; idque ut iisdem nudum hospitium, sive etiam cibum ac potum pro certo pretio & mercede præbeant. *vid. VINN. in nor. ad l. 1. §. ait Prætor. b. r. lit. a.* Neque aliud statuendum de illis, qui, in Academiis, Studiosos, in ædes & mensas suas receperunt. Cessat namque in hisce omnibus professio, & inde veniens suspicio, quæ præcipuam causam dedit Prætoris Edicto, & Actioni de Recepto. Hosce enim nemo, sine injuria, caupones dixerit, & cauponum jura ad hos applicuerit. Neque illud, quod improbitatis Cauponum Nautarum & Stabulariorum reprimendæ gratia est introductum, *l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. ff. b. r. §. præced. 15. & 18.* ad alios, etiam honestissimos, ac primi ordinis cives, qui, dictis in locis & temporibus,

poribus, Studiosis, Mercatoribus ac aliis hospitium ac cibum præbent, erit extendendum. Unde de hujusmodi personis dici haut poterit, quod ipsæ, perinde ac caupones, receptorum personarum res salvas fore receperint. Hinc, si ejusmodi domini famulus vel ancilla, Studiosis, Mercatoribus, vel aliis similibus personis receptis, furtum fecit; eo nomine, contra recipientem, hi ipsi, honoraria nostra actione, ad damnum recuperandum, agere haut possunt: sed si susceptori aliquid custodiendum tradidissent, illud civilibus tantum actionibus, depositi scilicet vel locati repeterent; & re illa furto subrepta, non aliter, quam si latam vel levem susceptoris culpam probarent. VINN. d. l. vid. CARPZ. *J. F. p. 2. const. 26. def. 19.* Diff. ex parte, si nim. quis ejusmodi receptis hospitibus non nudum tantum hospitium, sed insimul etiam cibum, & quæ ad victus rationem pertinent, vendendo præstiterit. *arg. l. f. ff. si mens fals. mod. dixerit. & l. 1. §. 2. de aleat.* PETR. PECK. *ad l. 1. §. ait. Prætor. n. 3. b. r.* cui respond. VINN. d. l. Magis dissentit BERTAZZOLIUS, qui hanc Actionem de Recepto concedit etiam contra illos, qui pro mercede hospites in domos suas recipiunt, iisdem cameram, suppellectilia & similia locant, licet cauponam non exerceant. *lib. 2. Cons. Crim. 313. n. 1.* quem sequitur BAJARD. *ad CLAR. §. furtum n. 133.* ubi scribit: *Item adde, quod editum l. 1. ff. naut. caupon. procedit etiam in illis, qui accommodant cameras, ut vulgo dicitur, le chambre locande, sed invita jurisprudentia nostra. vid. etiam seq. §. 33.*

XXIV. II. Requiritur, quod Caupones, Nautæ & Stabularii, qua tales, & tanquam Caupones, Nautæ ac Stabularii aliquid receperint. Si enim extra cauponæ navis vel stabuli exercitium & negotium, aliquid receperunt, illud ita saluum fore promississe non censentur, neque hoc ex Edicto, atque hac Actione de Recepto, sed ordinariis Actionibus tenentur, depositi scil. & locati *l. 3. §. Eodem modo 2 ff. b. r. ibi gloss.*

D

E

Et post Bald. PETR. PECK. ad d. l. 3. §. Miratur n. 12. ibi: *caeterum, si quid custodiendum ab aliquo receperint, non sub officii exercitivenomine, sed amicabilem tantum, Et ut simplices merique depositarii, non ex dolo, Et culpa omni, sed ordinaria tantum depositi actione convenientur, & ANT. FABER. C. 7. A. b. r. ibes. n. 4. ibi: id est, si non qua nauta Et caupones, sed qua boni Et amici viri aliquid custodiendum recipiunt, forte in praediis Et aliis aedibus, ubi cauponariam non exercent: tunc enim communibus actionibus, v. gr. depositi tenentur. J. H. STAMM. iv. de servit. person. lib. 2. cap. 14. num. 17. ibi: *attamen non tanquam caupo, sed tanquam vicinus aut amicus Et c.* Ubi hoc albo lapillo notandum esse addit. Hinc si rem pignori datam, vel commodatam accipiunt nautae & caupones, ex hoc edicto non obligantur. WESEMB. b. 2. n. 5. PICHARD. ad ff. l. de obl. qua quas. ex delicto n. 13. Item, si nundinarum tempore, caupo tabernam vel cameram, ein Gewölb oder Laden, quam sub aedibus, in quibus cauponam exercet, habet, mercatori, ut ibi merces suas venum exponeret, certa mercede locarer, non actio de recepto, sed actio locati conducti competeret. arg. d. l. 3. §. 2. junct. l. 5. pr. ibi: *caupo, ut viatores in caupona manere patiatur b. r.* Idem dicendum, si quis, belli tempore, a caupone, certam cauponae partem conduceret, ut ibi res suas securitatis gratia reponere posset, arg. d. l. 3. §. 2. Hinc etiam BALDUS notat ad l. 5. C. de locat. quod, si viator a magistratu ex caupona discedere prohibetur, atque sic arresto ibidem detinetur, caupo, ut caupo, ulterius non teneatur; allegata ad hoc l. fin. ff. de L. Commiss. Et l. 1. n. §. 3. ff. locati. Aliud exemplum idem ibidem refert.*

XXV. III. Requisitum est, quod dicti exercitores, hospitum vel vectorum res receperint; l. 1. pr. Et §. 6. b. r. per se, sive per alios, quibus ipsi potestatem recipiendi permiserunt; ut sunt navium magistri, quibus scilicet navium cura est

est commissa *l. 1. §. 2. b. r. l. 1. §. 1. ff. de Exerc. a. ff. & illarum custodes, d. l. 1. §. 2. ibi BACHOV. n. 5. vers. sales etiam sunt.* Item Stabulariorum & Cauponum Institores; *l. 1. §. 5. b. r. ibi BACHOV. n. 7. BERTAZZOL. lib. 1. Conf. Crim. 160. n. 5. & seqq.* qui ultimi hodie multis in locis dicuntur *Rellet.* Alii cauponum vel nautarum ministri seu famuli, quibus hæc recipiendi potestas concessa non est, si aliquid recipiant, exercitores sua receptione ex hoc edicto obligare nequeunt. *d. l. 1. §. 2. & seq. 5. STYPMANN. de jure marit. lib. 4. cap. 15. n. 283.* Tales esse dicuntur *Mediastini, l. 1. §. 4. b. r. die Haus-Knechte,* qui vilissima ministeria domi obire tenentur, & in mediis quasi ædibus stant ad subeunda cujusque jussa & imperata. *MORNAC. ad d. l. 1. §. 7. PECK. & VINN. add. l. 1. §. 5.* Hisce enim si res aliqua ab hospitibus commissa, & postea in caupona perditæ esset, caupo ad illam restituendam ex nostro edicto conveniri haut posset *d. l. 1. §. 5. CARPE. J. F. part. 2. const. 26. def. 11. ubi Lipsienses ita judicasse refert; nisi cauponis quoque consensus accessisset. arg. l. 1. §. 2. inf. ff. b. r.* Si vero, absente caupone, ejus filius vel filia cauponam administraret & exerceret, ejusque facta rata haberet pater, hujusmodi filii vel filia receptio patrem ex hoc edicto sine dubio obligaret. *l. 5. §. 3. l. ult. §. ult. b. r. BERTAZZOL. lib. 1. Conf. 68. n. 1.* Idem dicendum esset de uxoris receptione, si ipsa una cum marito cauponam exerceret, & maritus ejus facta rata haberet. *arg. dd. ll. vid. WIBEL. tr. de conv. mulier. cap. 4. n. 202. ibi: quia mulieres a marito administrationi præpositæ, &c.*

XXVI. Recepisse autem intelliguntur hujusmodi Exercitores, illorumque magistri, viatorum & hospitem res, non tantum si expresse illas salvas fore, & sic in suam custodiam receperunt; (de cujusmodi casu accipiendi *l. 3. pr. b. r.* ubi dicitur, periculum ad Exercitorem pertinere, licet res in litore perierint, quas scilicet nauta semel & expresse salvas fore

D 2

recepit,

recepit, & in navem importandas in littore deponi iussit. BACHOV. *add. l. 1. §. 1. num. 9. b. z.* VINN. *ad d. l. 1. §. f. b. z. lit. C.*) sed etiam, si illas saltim in navem cauponam vel stabulum in ferri passu sunt; etiam si iisdem expresse & specificè non fuerint assignatæ, *per text. in leg. 1. §. f. b. z. vid. l. 9. §. 3. ibi: quid enim interest, inferantur volente eo in domum ejus, an ei tradantur.* ff. *de jur. dotium.* BALD. ubi scribit: *Quod si patiente hospite mittas Ronzinum in stabulum, & postea recedas, & inde revertens non invenias Ronzinum, teneatur tibi hospes, etiamsi nihil illi dixeris.* BACHOV. *d. n. 9. ibi: Ex quo (l. scil. 1. §. ult.) sane expresse probatur, non esse necessarium, ut res expresse sint cauponi aut nautæ assignatæ, sed sufficere, quod res in navem sint immisse.* Et paulo post: *Est igitur quædam generalis & tacita receptio, si res in navem admittæ sint sciente nauta, præter expressam.* PECK *ad d. l. 1. §. f. n. 3. ibi: ipso itaque facto & pariendo res in navem introduci, custodiam verum recipere, & salvas fore promittere videtur.* *ibid. VINN. lit. C. CARPZ J. F. part. 2. const. 26. def. 10. n. 4. BARTHOL. BERTAZ. lib. 1. Conf. Civ. 68. n. 1. ibi: etiam quod non promiserit salvum fore, sed tantum dictus equus ea sciente fuerit ductus in stabulum & Conf. 160. n. 13. ibi: etiam quando valisus fuit immisso, & non specialiter adsignata hospiti.* J. H. STAMM. *de servit. person. lib. 2. cap. 14. n. 11. vers. nec interest.* GRIVELL. *dec. 49. MASCARD. de probat. concl. 833. num. 14. PICHARD. ad §. 3. l. de oblig. quæ quasi ex delict. n. 14.* Scribit quidem REGNERUS SIXTINUS, quod ubivis fere gentium consuetudine inoleverit, ut omnia, quæ quis in diverforio diligenter custodita cupiat, apud hospitem custodiendi gratia deponat. *Vol. 3. Conf. Marpurg. 7. n. 91.* verum hoc ipsum, ad nostram ætationem, nec de jure, nec de generali consuetudine necessarium esse, ex præcedentibus factis apparet.

XXVII. Cum autem ejus sit, non nolle, & tacite patiente,

do, ac non contradicendo, consentire, qui illud etiam expressa voluntate potest; *l. 3. de R. I.* & rem ignorans, in illam consentire non valeat; atque ignorantia consensum excludat; proinde Exercitorum vel Magistrorum scientiam hic necessariam esse, ut nimirum res inferantur scientibus Exercitoribus vel illorum Magistris, Doctores communiter docent *ad d. l. 1. ff. ACCURS. BALD. PECK. n. 5. & ibi VINN. lit. c. BACHOV. n. 9. STYPMANN. d. cap. 15. n. 307. ibi: debet autem exercitor scire res illatas esse. CARPZ. d. const. 26. def. 11. n. 3. & 4. CHRISTIN. vol. 5. decis. 65. n. 20. & 21.* Hinc si illis ignorantibus aliquid in cauponam illatum esset, caupo de illo ipso non teneretur ex hoc edicto. *CARPZ. d. l. & alii Dd. citati ad ll. REGNER. SIXTIN. vol. 3. Conf. Marpurg. 7. n. 91. ibi: id enim ad ea extendendum non est, quæ caupo illata esse ignorat; cum tantum illorum nomine teneatur, quæ sciviz in hospitium illata.* *J. H. STAMM. de servit. person. lib. 2. c. 14. n. 17.*

Sufficit autem generalis scientia, res illatas esse; specialis, quales nimirum, & cujus qualitatis ac quantitatis res illæ sint, non requiritur. *BALD. in l. 5. C. de locat. n. 3. JAS. ad l. in actionibus § ff. de in lit. jur. n. 43. LUD. PEGUER dec. 45. in addit. vid. BERTAZZOL. lib. 2. Conf. 313.* Cum periculo enim vitæ conjunctum esset, scribit *J. H. STAMM.* si res, quas secum ferunt viatores, cauponibus semper cogere ostendere, *in d. de Serv. Pers. lib. 2. c. 14. num. 11. vers. nec interest.* *MASCARD. de Probat. Concl. 833. n. 11. PLOT. de in lit. jurand. §. 10. n. 12.*

Exorta autem controversia de illorum scientia vel ignorantia, hanc præsumendam, illam vero ab auctore probandam esse tradit *PECK. ad d. ff. ult. n. 7. arg. c. præsumitur d. R. J. in 6. quem sequitur STYPM. d. c. 15. n. 308.* Verum alii sufficere putant, quod ejusmodi exercitor, vel illius magister, res illatas esse, scire potuerit & debuerit, *BACHOV. d. l. num. 9. ibi:*

*modo tantum nauta res immiffas fciverit, aut fcire potuerit & debuerit.* VINN. d. lit. C. LOCCEN. *de jure maritim. lib. 3. cap. 8. n. 3.* Unde fi, exercitore, vel ejus magiftro in caupona præfente, non noctis, fed diei tempore, non clam, fed palam aliquid in cauponam eft illatum, quod illos verifimiliter latere haut potuit, tunc illius ignorantia nec præfumenda, nec in hoc judicio erit admittenda. vid. MASCARD. *de Probat. Concl. 1300. n. 4.* ibi: *domestici enim præfumuntur fcire, quæ in domo fiunt, & n. 9.* JO. BAPT. COST. *rr. de Fact. Scient. & Ignarant. Infpct. 65. n. 7.* ibi: *quando ratione officii vel alio refpectu teneatur investigare.*

XXVIII. Cæterum fi Nautæ, Caupones vel Stabularii ipfam illationem rerum, quas actor hac actione repetit, negarent, ejusdem probatio Actori omnino incumberet, l. 2. ff. *de probat.* vid. LINDENSPUR. *ad J. P. Würtenb. pag. 139.* ubi, ex LEHMANNO, prudentiffimum refert remedium, quo Rudolphus I. Imperator, a malitiofo caupone, magnæ pecuniæ summæ receptionem negante, veritatem eft expifcatus.

XXIX. Illud nihil refert, quoad hanc actionem, five gratis, nullo dato vel convento vefturæ vel mansionis pretio, five pro certa mercede qui in diverforium, navem vel stabulum receptus poftea damnium injuria paffus fit, l. 6. *pr. h. t.* Nautarum enim & Cauponum improbitas facit, fcribit PECK. & ARNOLD. VINN. ut præfumant confulti, gratuitum illud officium interpolari ficta & fimulata nautæ vel cauponis amicitia: & fi quid damnium datum fit gratis naviganti aut diverfanti in navi aut caupona, id vel dediffe ipfos, vel a fuis dari paffos effe. *add. l. 6.*

XXX. Datur autem Actio de Recepto, Vectoribus & Viatoribus ahofpitibus, quorum res a Cauponibus, Nautis & Stabulariis receptæ, fed salvæ non funt reftituta; l. 1. *pr. ff. h. t. C. J. A. h. t. tb. 10.* OLDEN. *de Action. claff. 7. act. 5. n. 3.* li-  
cet



cet ipsi quoque Nautæ, Caupones & Stabularii sint, *l. 4. §. 1. ff. b. t.* quia hactenus non qua caupones, nautæ & stabularii, sed qua viatores & vectores inferunt. BACHOV. *add. l. 1. §. 1. n. 9. in fin.* Cum autem hodie, multis in locis, etiam a civibus honesta & nuptialia convivia in publicis diversoriis instituantur & celebrentur, an tunc etiam convivis illis, si pallia vel pilea sua non receperint, actio de recepto competat, hic merito quaeritur? Licet autem quantum nos scimus, hanc quaestionem nullus Dd. tractet & affirmet: facit tamen pro affirmativa sententia generalitas & Edicti Prætoris *in l. 1. pr. b. t.* & rationis præpositæ *in d. l. 1. §. 1. & l. 3. §. 1. b. t.* Hæredibus quod hæc Actio competat, nemo dubitat, ac expresse quoque probat C. J. A. *d. rhes. 10.* OLDEND. *d. l. n. 4.* & PECK. *ad l. 3. §. 4. b. t.*

XXXI. Competit hæc actio de Recepto I. adversus Nautas, si ve Exercitores navium *l. 1. §. 2. b. t.* non tantum magnarum, sed & parvarum, ut sunt exercitores ratium & lintrarii, *l. 1. §. 4. b. t.* vid. BACHOV. *add. l. 1. §. 1. n. 7.* II. Adversus, Caupones, &, durante officio, illorum infitores *d. l. 1. §. 5.* ibi BACHOV. *n. 7.* Ecceinæ, si cauponam exercent, quin de jure communi, ex hoc Edicto, & Actione de Recepto, teneantur, nullum est dubium. v. BERTAZZOL. *lib. 1. Consil. Crim. 68.* Nec aliud dicendum de jure Saxonico, licet ipsæ sine curatoris consensu hospites, & illorum res recepissent in cauponam, per ea, quæ leguntur apud WIBEL. *rr. de contract. mulier. cap. 4. n. 5. & seqq. rr. n. 199 & seqq.* Et III. adversus Stabularios, *d. l. 1. pr. & §. 5.* Contra dictorum Exercitorum heredes quod hæc Actio de Recepto competat, expresse respondet ULPIAN. *in l. 3 §. 4. b. t.* addita tamen ratione, quæ catholica non est, vid. BACHOV. *ad l. 1. §. 1. b. t. n. 5. vers. cæteroguin.*

XXXII. Et quamvis expresse de Tabernariis, qui negotiationes in tabernis faciunt, hoc loco per JCTOS nihil decisum reperitur, scribit PETR. PECKIUS, dubium tamen non est,

est, quin ad Edictum quoque pertineant; *ad l. 1. ff. Caupones n. 5. b. 2.* Verum ut ut hoc recte dicatur de illis, qui vinarias & cerevisiarias tabernas exercent, atque, ut plerumque in diverforiis nunc fit, & vendunt vinum civibus, & simul hospites excipiunt, v. MEV. *ad Jus Lubecens. lib. 3. tit. 12. art. 12. n. 14.* ibi: *Oenopola minutarim vina vendentes sub voce cauponum continentur.* Attamen de aliis, qui in tabernis opificia, aliasque merces & species vendunt, hoc ipsum rectissime negatur; quoniam eorum officium non est, quatenus aut res cuiusquam recipere. VINN. *add. l. lit. C.*

XXXIII. De Aurigis, an ad illos hoc Edictum pertineat, & Actio de Recepto adversus illos competat, major est controversia. Pro affirmativa facit, I. quod illi Nautis sint similes, & æque ac nautæ, personas ac res transvehendas recipiant, vid. *l. 1. ff. de vi & vi armat. MANTIC. de racit. & amb. convent. lib. 11. c. 23. n. 4. & seqq.* ubi navis & vehiculum æquiparantur, vid. etiam *l. 14. in fin. ff. de furt.* ubi, qui mercedem rei perferendæ accepit, comparatur cauponi. II. Quod viatores & vectores plerumque illorum fidem sequi, & res suas illorum custodiæ committere, necesse habeant, nec illorum conditionem explorare valeant. vid. *l. 1. ff. 1. ff. b. 1.* Et III. quod Aurigæ quoque male audiant, & moribus dissolutissimi, ac magnopere legibus ac disciplina indigere dicantur. CASP. KLOCK *tr. de Erar. lib. 2. c. 75. n. 4.* ubi scribit: *Et Aurigas dixit Ludovicus Vies facies terræ, sed nautas, maris; genus plerumque petulans & bibulum; quod tamen disciplina coerceri, & in Batavia, Gallia, & nonnullis Germaniæ civitatibus peculiaribus statutis devinciri videmus.* Ipsosque olim infames fuisse, *ibid. n. 3.* addit. Unde etiam in Constitutione Imperii Politica, *de Anno 1497. rubr. von den Fuhrleuten der Wein. & de Anno 1548. & 1577. rubr. von den Schiffern und Fuhrleuten.* nautæ & aurigæ conjunguntur; & de hisce, æque ac de illis,

illis, dicitur, quod interdum vina eorum fidei concredita, & in alia loca vehenda adulterare soleant; simulque disponitur, quod aurigæ æque ac nautæ propterea puniri debeant, nach Gelegenheit ihrer Verhandlung, an Ehr, Leib oder Guth. Sic etiam in Statutis Lubecensibus statutum legitur: Wird Schiffern, Fuhrleuthen und andern Guth überzubringen vertrauet, liefert er dasselbe nicht vollkömmlich an den Ort, dahin er es bringen solte, sondern verläugnet ein Theil Guthes, welches hernachmals bey ihme befunden wird, man soll ihn straffen, als ein Dieb. Quod autem IV. hoc Edictum & Actio de Recepto, ob ideitatem rationis, ad alios quoque, qui in Edicto expresse non sunt comprehensi, possit extendi, probare videtur *l. 1. §. 4. ff. b. r.* Tandem & V. huc aliquid facere videtur, quod illi quoque, qui aliquid transportandum conduxerunt, ad exactissimam diligentiam obligati dicantur; *l. 25. §. 7. ff. locat.* perinde ut Nautæ *l. 3. §. 1. ff. b. r.* Arque hanc affirmativam sententiam approbarunt Dnn. Jcti Jenenses ita respondentes: Dennoch aber und dieweil, euren Bericht nach, der Fuhrmann solch Guth asscurirt, auch NB. ohne dem dahero, daß er die Güther in seine Gewahrsamkeit geführet, beydes als Fuhrmann, qui nautæ hoc in passu æquiparatur, und auch als caupo und stabularius ad omnem culpam verbunden ist ic. referente Dn. RICHT. *p. 3. decis. 141. n. 16.* Unde etiam REGN. SIXTINUS, a nautis autem, scribit, ad aurigas recte inferitur; cum eadem eorum sit ratio. *Vol. 2. Conf. Marpurg. 20. num 36.*

XXXIV. Pro Negativa vero sequentia pugnant argumenta: I. Quod Prætor in Edicto suo tantum de Nautis, Cauponibus & Stabulariis loquatur: de Aurigis vero simile quid, & quod adversus illos quoque Actio de Recepto competat, in jure constitutum non reperiatur. Unde etiam ULP. IANUS, licet sibi proposuerat, explicare & ostendere, quinam

E

ex

ex hoc Edicto teneantur, in l. 1. §. 2. ibi: *qui sunt igitur, qui teneantur, videndum est, b. r. simulque adjiciat in seq. §. 4. quod hoc Edictum etiam in Exercitoribus ratiis & lintrariis locum habeat: de Aurigis tamen nihil plane addit. II. Quod hæc Actio de Recepto, singulari jure, in odium Navarum, Cauponum & Stabulariorum sit introducta. PETR PECK ad l. 1. §. ult. b. r. n. 3. ibi: *specialiter itaque hoc loco contra communes Juris regulas, & in merum eorum odium, qui edicto continentur, constitutum est. MASCARD. de probat. concl. 833. n. 14. in fin. ibi: Et hoc singulari jure, quod est constitutum contra Nautas & c. licet secus sit in aliis personis, & Prætor hoc suo Edicto reprimere voluerit improbitatem hoc genus hominum; l. 1. §. 1. & l. 3. §. 1. b. r. proinde ad alios, qui sub hoc hominum genere non comprehenduntur, hæc actio non erit extendenda, per ea, quæ leguntur apud BARBOS. lib. 13. cap. 16. ax. 5. & 6. VINN. ad l. 1. §. ait Prætor, quod b. r. lit. a. ibi: nam cum edictum ad eos solummodo pertineat, qui cauponam aut stabulum quotidiani questus causa exercent, vid. MAGON. decis. Florent. III. n. 60. ibi: Unde cum verba ipsa scilicet hujus Edicti ipsi conductori non conveniant, minus convenit ejus dispositio. Hinc licet hoc Edictum, & Actionem de Recepto, etiam explicent ACCURSIUS, BARTOL. BALD. ANT. FABER, BACHOV. PETR. PECK, ARNOLD, VINN. WESENB. HAHN. Coll. Jur. Arg. ZÆS. MORNAC. OLDENDORP. J. H. STAMM. & alii Dd. quamplurimi, nullus tamen eorum hanc Actionem, etiam adversus Aurigas, competere asserit, nec LAURENT. KIRCHOFFIUS tom. 1. Conf. 125. quamvis ibidem agat ex professo, de furto rerum aurigis traditarum.**

XXXV. Licet enim Aurigæ quoque personas & res transvehendas recipiant, & in uno tertio nautis ac cauponibus compareantur; atque mercatores ac alii sæpe illorum fidem explorare non valeant, sed eandem sequi necesse habe-

ant:

ant: attamen quod ipsi de jure æque sint suspecti, ac nautæ, caupones & stabularii, nullo textu juris potest demonstrari. Et quamvis etiam aurigæ ad infimum civium ordinem pertineant, atque interdum contra bonam fidem peccent, ac propterea apud multos pessime audiant: sunt tamen adhuc alii quoque ejusdem conditionis homines haut pauci, qui res ab aliis acceptas & receptas contra bonam fidem, & picatis tractant manibus, ac propterea communiter pessime audiunt: Exempla sunt odiosa, sed in vulgus nota. vid. KLOCK. *de Ærario lib. 2. c. 8. n. 34. & seqq.* Quis autem contra illos omnes concedet Actionem de Recepto? Neque ejusmodi extensionem ULPIANUS permittit *in l. 1. §. 4. b. r.* sed hoc saltem respondet, quod, licet de ratiis Exercitoribus & liatrariis specificè nihil cautum, idem tamen de illis quoque dicendum sit; idque quia generali navis & nautarum significatione etiam rates & liatres illarumque Exercitores comprehenduntur. BACHOV. *ad d. l. §. 1. n. 7.* & Labeo quoque, ac usus hoc approbavit, *d. l. 1. §. 4.* Quæ omnia in aurigis deficiunt. Tandem, posito, quod ille, qui tanquam artifex operam obtulit, & aliquid transportandum conduxit, de levissima quoque culpa teneatur, secund. *l. 25. §. 7. ff. loc.* vid. BACH *ad TREUTL. vol. 1. disp. 29. ib. 6. lit. E* & BRUNNEM *ad d. §. 7.* exinde tamen sequitur vel minime, quod propterea teneatur actione de recepto, maxime cum ille, qui tanquam artifex operas offert, levissimam culpam præstet tantum ratione artis, quam proficetur, sed, quoad custodiam rei, non differt ab alio conductore. DAV. MEV. *ad Jus Lubecens. lib. 3. tit. 8. art. 16. n. 7.* Præterea aurigæ regulariter merces vel alias res transvehendas non conducunt, tanquam artifices. Unde Aurigæ regulariter levem tantum culpam præstant. vid. HARTM. PISTOR. *lib. 1. quæst. 18. n. 11.* ubi scribit: *Hinc itaque cum quidam aurigæ pecuniam cistæ inclusam, ad certum locum vehendam locas-*

set, & amissa pecunia auriga allegoret, furto eam ablatam esse, & de furto illo satis constaret; Domini de super consulti responderunt, aurigam aliter non teneri, quam si dominus pecunia probaverit, culpam auriga intervenisse. Idem tradit, & simile responsum refert CARPZ. *J. F. part. 2. constit. 26. def. 19.* Ex quo ipso satis apparet, Lipsienses quoque JCtos in ea fuisse sententia quod contra ejusmodi aurigam non locum habeat. Actio de Recepto; quippe quæ propter furtum datur contra recipientem, licet Actor recipientis culpam non probet, *l. 3. ff. de b. r. vid. seq. ff. de q. vid. etiam KIRCHOFF. tom. 1. conf. 25. n. 15. ibi: quod culpa lata vel levi.* Eapropter, in illo ipso casu, quem proponit Da. RICHTERUS, *cit. decis. 141.* Tubingenses, consulti a Judice, coram quo causa illa fuit ventilata, integris actis perlectis, contrarium, quod nim. hoc Edictum contra aurigas locum non habeat, respondere non dubitarunt, Anno 1670. die 16. Dec.

XXXVI. Objectum hujus Actionis, de qua hic agimus, sunt res a Nautis, Cauponibus & Stabulariis receptæ, & salvæ non restitutæ; *l. 1. pr. ff. de b. r.* principales, & illarum accessoriarum; cujuscunque sint qualitatis, etiam vestimenta, & ad usum quotidianum pertinentia; *l. 1. ff. de l. 4. ff. de b. r. inferentis propriæ, & alienæ; modo illas salvas esse, illius interfit, l. 1. ff. de b. r. ibid. PECK. n. 1.*

XXXVII. Tendit autem hæc actio ad dictarum rerum restitutionem, & ut dicti exercitores, hac actione conventi, res illas salvas restituant; & quidem in specie & naturaliter, si illas restituendi facultatem habent, vel illarum æstimationem, si illas in specie salvas restituere nequeunt; BERTAZZOL. *lib. 1. Conf. Crim. 68. pr.* etsi citra illorum culpam perissent, vel damnum datum esset, *l. 3. ff. de b. r.* Cum enim Caupones, Nautæ ac Stabularii, generaliter, res salvas fore, recepisse, & illarum custodiam promississe, censeantur; *l. 1. pr. & ff.*

*ff.*

*ff. b. r.* ac Prætor quoque generaliter hanc actionem dederit, si res receptæ salvæ non restitutæ fuerint; proinde ipsi, qui res ita receperunt, hoc Edicto omnimodo tenentur, & ad eos illarum periculum pertinet, etiam si sine illorum culpa perierint, aut deteriores factæ sint; modo hoc non casu inevitabili, fatali nimirum, ac vi majori, v. g. naufragio, impetu aquarum, vi ventorum, vi piratarum & hostium, acciderit; ipso ULPIANO ita respondente *in l. 3. pr. & ff. i. b. r. l. un. ff. 4. ibi: qui recipiendo periculum custodiae subiit. ff. furt. adv. naut.* Contra hujusmodi enim casus inevitabiles, & ad damna inde provenientia avertenda parum proficit humana cura & custodia, *l. 31. pr. ff. de act. empr.* PECK. *ad l. 3. ff. miratur n. 12 b. r.* HAHN. ad WESENBECK. *b. r. n. 5.* ubi a JCtis Helmstadiensibus ita responsum esse refert. Hinc etiam Caupones, quibus res receptæ in publico tumultu, ob monetarum depravationem, Magdeburgi exorto, vi majori erant raptæ, absolvendos esse, consultit CASP. KLOCK *vol. 3. Conf. 135. n. 22. & seqq. maxime 62.*

XXXVIII. Tenentur autem Caupones, Nautæ & Stabularii, qui ejusmodi inevitabili casu & vi majori res receptas perierint, affirmant, hoc ipsum, si non est notorium, legitime & sufficienter probare, *arg. l. 2. & 3. ff. de probat. arg. l. 3. ff. i. ibi: exceptionem ei dari ff. b. r. junct. l. 19. pr. ff. de probat. l. 2. C. de naufr.* PETR. PECK. *ad d. l. 3. ff. i. b. r. n. 8. & 9.* & ibi VINN. *lit. e. CHRISTINÆ vol. 5. decis. 65. n. 19. ibi: sufficienter dilucide que.* J. H. STAMM. *de Servit. Pers. lib. 2. cap. 14. num. 9. & 10.* STYPMANN. *de jur. marit. lib. 4. cap. 15. n. 346. ibi: manifestissimis probationibus.*

Hujusmodi autem casu, qui regulariter culpam possessoris in se non habet, probato, si vector, vel viator, culpam nautæ vel cauponis præcessisse, & res receptas ejusmodi casui subjecisse vel exposuisse, affirmat, ipse, hanc, quam asserit, docere debet culpam; STRACCH. *tr. de nautis, navib. & na-*

*vigat. p. 2. n. 6. VINN. d. lit. e. CARPZ J. F. part. 2. const. 26. def. 18. n. 6. & seq. STAMM d. c. 12. n. 19. STYPMANN d. c. 15. n. 351. ita tamen, ut sufficiat, si levissimam saltem Exercitoris culpam probet. De hac enim caupones, Nautæ & Stabularii, quoad res receptas, etiam tenentur, arg. l. 3. §. 1. ff. b. t. BACH in d. Comm. ad l. 1. §. 5. b. t. n. 3. KLOCK 3. Consil. 135. n. 13. CHRISTIN. vol. 5. decis. 65. num. 16. STYPMANN. d. c. 15. n. 322. & seqq.*

XXXIX. Si vero res receptæ perierunt tali casu, qui regulariter sine possessoris culpa contingere non solet, ac humana cura & custodia præcaveri potest, Nautæ, Caupones & Stabularii ad illarum æstimationem omnino tenentur; nec Vectores, nec viatores contra illos hac actione agentes, illorum culpam probare coguntur, *arg. l. 3. §. 1. b. t. WESEMB. h. t. n. 5. ibi: aut casu, qui præcaveri potuit. PICHARD. ad §. 3. J. de oblig. qua quas. ex delect. n. 17. vid. CARPZ. J. F. part. 2. const. 26. def. 18. n. 10. & seqq.*

XL. Hinc si furto surreptæ fuerint res in cauponam, navem vel stabulum illatæ & receptæ, illarum æstimatio ab Exercitoribus præstanda, licet actores nullam illorum culpam probent, *d. l. 3. §. 1. junct. l. 5. §. 1. b. t. PEGUER. decis. 45. n. 1. ubi hanc regulam ponit: Rebus hujusmodi receptis furto subtrahitis, contra cauponem actio datur. WESEMB. d. n. 5. PICHARD d. l. MASCARD. de probat. concl. 823. num. 14. BERTAZZOL lib. 1. Conf. Crim 68. n. 4. & seqq.* Furtum enim ejusmodi casus fatalis & inævitabilis, qui dictis Exercitoribus excusationem præbet, non est; sed plerunque committitur negligentia eorum, ad quos spectat rerum custodia, *l. cum duobus 52. §. damna 3 ff. profoc. BACHOV. ad l. 1. §. 1. b. t. n. 4. vers. quoniam igitur. STAMM. d. rr. de serv. Pers. lib. 2. c. 14. n. 5. n. & 20.* Et cum furta, contra viatores, in cauponis frequenter committantur; PEGUER. d. decis. 45. in pr. ac caupo-

nes



nes sæpe cum furibus, aduersus eos, quos recipiunt, coire dicantur; *l. 1. §. 1. b. 2. vid. sup. §. 15.* eapropter Prætor hoc suo Edicto præcipue contra huiusmodi damnum viatoribus prospicere, & hoc efficere voluit, ut hospites siue viatores res suas a furto salvas habeant, & recipiant; *l. 1. pr. & §. 1. l. 3. §. 1. & 3. l. 5. §. 1. b. 2.* in quod ipsum etiam caupones consentire, & illud tacite promittere censentur, *d. l. 1. §. f. l. 3. pr. l. 5. §. 1. b. 2. l. un. §. 4. ff. furr. adv. naut. PECK. ad d. l. 1. §. ult. n. 9. b. 2.* Unde etiam ipsi, res receptas ab omnium furto defendere, ac damnum furto datum refundere tenentur, a quocunque etiam illud sit commissum, a seruo famulo, & domestico, siue extraneo, hospite & viatore. *BALD. ad rubr. b. 2. pr. & n. 1. ibi: damno dato vel furto facto a quocunque, quia tenetur ad custodiam sic exhibendam, quod res salvæ sint a quolibet.* Et paulo post: *& quia possibile fuit præcaveri. ZAS. in parat. b. 2. n. 7.* ibi: *factum cuiuscunque hominis, siue sit viator, siue alius. CHRISTINÆ vol. 5. decis. 65. n. 24. BACHOV. in d. Comm. ad l. 1. §. 1. b. 2. p. 1293.* ibi: *quoniam igitur solum damnum fatale, & casus fortuitus, excusat cauponem, consequenter tenebitur, si res furto fuerit subrepta.* Horum enim omnium factum & damnum datum (non receptionem & contractum, *l. 1. §. 2. & §. b. 2.*) in hac actione de recepto præstat Caupo & Stabularius, æque ac nauta vectorum *l. 1. §. f. l. 2. & 3. pr. & §. 3. ff. b. 2. WESENB. b. 2. n. 5. in f. ibi: neque solum ex suo tenentur facto, sed omnium omnino, qui in navi, caupona stabulo sunt, habitant vel diverfantur.* Licet enim *BACHOV. in nor. ad Wesenb. b. 2. lit. c.* scribat, quod *dd. ll.* non ad primum, sed ad alterum caput Edicti referendæ videantur: rectissime tamen ipsemet contrarium docet in *Comm. ad 7. part. ff. b. 2. ad l. 1. §. 1. n. 9. p. 1300. & 1302.* ibi: *at, ubi quid salvum fore receperint, actione in factum de recepto tenentur, etiamsi & facto vectorum aut viatorum damnum datum fuerit, l. 1. §. ult. & l. seq. quoniam custodiam*

stodiam receperunt, quam etiam aduersus quosvis præstare sunt obligati; Ergo si caupo quid saluum fore receperit, si quidem damnum ob alio datum sit, non tenetur actione caupo ex quasi maleficio, sed actione in factum ex recepto. Idem tradit J. O. TABOR scribens: Cum enim caupo saluum aliquid fore generaliter recipit, merito etiam omnium factum præstat, vigore contractus initi, quo custodiam aduersus omnes promittit. Consentiant ad l. 1. §. ult. & ll. seqq. PECK. n. 9. & ibi VINN. lit. I. ANT. FABER. GRIVELL. decis. 49. n. 1. & 10. HAHN, ad Wesenb. b. 1. n. 5. ZAS. in parat. b. 1. n. 7. ibi: qua actione tenentur, si ab extraneis, qui non essent de familia, res forent interversa. Et paulo post: sive sit viator, sive alius. Unde etiam actor in libello hujus actionis, personam, a qua furtum factum, nominare, & eandem in processu probare non tenetur: STAMM. zr. de Serv. Pers. lib. 2. cap. 14. n. 11. in f. sed contra cauponem hac actione agere potest, licet fur per fenestram intraverit, & res ejus abstulerit; ut consuluit RIMALD. Consil. 391. referente GRIVELL. decis. 49. n. 5. CLAUD. BERTAZZOL. in addit. ad Barb. Bertazzol. consil. 160. lib. 1. in f. vid. MEY. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 8. art. 16. n. 6. ubi ramen agit de eo, qui ratione custodie de levi culpa tenetur, ne hujusmodi personis de jure suspectis detur occasio cum furibus colludendi, l. 1. §. 1. b. 1. GRIVELL. d. decis. 49. n. 10. in f. Ex dictis etiam aperte constat, quod ea, quæ CASPAR. ANTON. THESAUR. lib. 2. qu. 55. n. 7. tradit, cauponem scil. de furto non teneri, quando clare constat, a quo furtum fuerit commissum, juri nostro non conuenire, vid. l. 4. pr. b. 1. l. un. §. 3. & 4. ff. furr. adv. naut.

XLI. Porro patet ex dictis, nec illorum sententiam juri conuenire, qui docent, cauponem, ob furtum, a famulo suo, in caupona, viatoribus factum, hac actione non teneri, si famulus ille, communi opinione, probus fuerit reputatus; uti tradit BALD. in l. 3. verb. ex hoc edicto n. 2. b. 1. ZAS. in parat. b. 1.

§. 9. J. H. STAMM. d. c. 14. n. 18. Licet enim communis illa opinio hoc operetur, ut Caupo, in electione & receptione illius famuli, culpam admisisse non videatur: hoc ipso tamen non statim ab actione de recepto liberatur; *arg. l. 1. §. f. l. 2. & 3. pr. & §. 1. ff. b. r. junct. l. un. §. ff. furt. adv. caup. & §. ult. §. de obl. qua quasi ex malef.* quippe quæ propterea inprimis datur, quod caupo, ipso cauponationis exercitio, se, suos, suumque diverforium idoneum, cui tuto res credantur, publice quasi profiteri, & ipso receptionis facto, tacite quodammodo pacisci censeatur, ut res salvæ omnino restituantur, & periculum illorum casuum, qui humana cura & custodia præcaveri possunt, ad ipsum pertineat; *l. 1. §. ult. l. 3. pr. §. 1. & 3. l. 5. §. 1. ff. b. r. l. un. §. 4. ff. furt. adv. naut.* solo casu fatali, & vi majore excepta *l. 3. §. 1. b. r. vid. præc. §. 9. 19. 21. & 40.* Et quamvis furtum a domestica persona, cui probabiliter confidendum, commissum, v. gr. ab uxore, a filio vel conjuncto, cujus fides fuit explorata & probata, a multis annumeretur casibus fortuitis; quos regulariter nemo præstat: vid. SICHARD. *ad l. Dominus borreorum C. de locat. n. 4.* attamen in nautis, Cauponibus & Stabulariis hoc locum habere non posse, expresse scribit CLAUD. BERTAZZOL. *in addit. lib. 1. Conf. Crim. 68. in f. & GRIVELL. d. decis. 49. n. 10.* ubi in fine addit, in casu ibidem proposito simili, quo nimirum furtum commissum fuit nocturno tempore, & cum fractura ac violentia, cauponem, licet integræ famæ, condemnatum fuisse, eam ob causam, quod in eo conjecturæ extiterint haut leves, furtum illud commissum fuisse a domesticis & familiaribus ipsius cauponis, ipso licet inscio. Vide LINDENSPUR. *ad Ord. Polit. Wirtemb. p. 138. th. 13.*

XLII. Si proprius Viatoris famulus, quem ipse viator attulit, eidem in caupona furtum fecit & aufugit, caupo excusatur, scribit PAPON. *lib. 23. tit. 6. Arrest. 4. fere in f. per l. li.*

et gratis *l. 6. ff. sed si b. r.* qui ipse tamen §. hanc sententiam probat vel minime, uti videre est apud ANTON. FABR. *ad d. ff. & VINN. ad l. 6. b. r. liz. b.* ubi explicant, quæ sit *d. ff. sententia*: Imo illa ipsa *l. 6. ff. 1. b. r.* dictam sententiam dubiam reddere videtur, dum ULPIANUS *ibid.* respondet: *hæc tamen actio, quia in factum est, etiam servi mei nomine adversus te competit*, cui etiam favere videtur AFRICANUS *in l. 21. ff. commod.* ubi, licet commodantis servus commodatario rem commodatam furto subtraxerit, tamen commodanti, contra commodatarium ad rem illam repetendam, datur actio commodati directæ. Unde idem dicendum videtur, si viatoris famulus, rem cauponis custodiæ concreditam, furto subtraxit. Caupo enim non minus levissimam culpam præstat, quam commodatarius, vid. *præc. ff. 38.* Imo cauponi exceptio tantum datur, quando res receptæ casu fatali aut vi majori perierunt; *l. 3. ff. 1. b. r.* quod ipsum de hoc casu dici nequit. Pro Paponii tamen sententia haud leve suppeditat argumentum, *l. 5. ff. si me rogaveris 13. ff. commodari.*

XLIII. Cæterum, deficientibus conjecturis contra domesticos, si nocturno tempore, & vi majori, foribus stabuli vel cauponæ effractis, equus vel alia res fuerit subrepta, Cauponem hac actione conventum, absolvendum esse, censuit Senatus Dolanus, referente GRIVELLO *d. decis. 49.* quod etiam tradit THES. *d. quæst. 55. n. 7.* vid. tamen MEV. *ad Jus Lubecens. lib. 3. tit. 8. art. 16. n. 6.* ibi: *modo non probetur, male securitati domus suæ prospexisse.*

XLIV. Idem docent Doctores, si, rebus receptis furto subreptis, propria ipsius viatoris culpa concurrat; tunc enim cauponem ad illius damnum refarciendum, nec in hujus actionis judicio condemnandum esse, arbitratur BALD. *in l. certi juris 5. C. de locat. n. 3.* ZAS *in parati h. r. n. 13.* STAMM. *d. tr. c. 14. n. 15.* ibi: *Nota, quod licet veniat culpa levissima in casu edicti*

edicti nostri de recepto, si tamen esset, quod posset imputari viatori, tunc culpa levissima cessaret; idque, quia damnum sentire non videtur, qui sua culpa damnum sentit, l. 203. de R. I. etiam si alterius quoque culpa accesserit, l. 11. pr. ff. ad L. Aquil. Hinc si viator in cauponam res inferret, & illas reponeret, aut relinqueret in loco, ad ejusmodi res reponendas incongruo, inidoneo, & insolito; v. gr. si in stabulo, ubi equum suum stabulavit, aut in cauponæ area, vel simili in loco, omnibus longe lateque patente, reponeret, pallium, pileum, hippoperam, quam vulgo Valisiam vocant, rebus pretiosis refertam, aut alias res similes, quas nemo diligens in ejusmodi loco relinqueret; atque sic occasionem, quæ fures facit, delinquendi præberet; secuto illarum furto, ipse caupo eo nomine, actione de recepto, dicto modo conveniri non posset, vid. BALD. in d. l. 5. n. 3. ubi scribit: *Si hospitor servit, fardellum intro-mitti, sed nescivit, quæ sunt intrus, & tunc aut inferens fardellum posuit ipsum in loco convenienti, & tunc hospes teneretur; aut in loco incongruo, considerato eo, quod erat intra fardellum, puta, quia extra videbatur terra, & intra erant floreni, & ipse posuit juxta introitum hospitii, & non avisavit hospitem, & tunc vera est glossa; quod scilicet caupo non teneatur, nam fuit in magna culpa; quod hospitari nocere non debuit, potuit enim dicere, sine rerum specificatione: curam habere.* Hanc BALDI sententiam sequitur & probat etiam ZAS. in paratit. h. r. n. 13. SCHNEID. ad f. f. de obl. quæ quasi ex delict. n. 4. in fin. & CASP. ANT. THESAUR. lib. 2. quest. 55. n. 4. quæ ipsa tamen erit limitanda, si caupo custodiam illarum rerum in ejusmodi loco positarum expresse recepisset; arg. l. 3. pr. ff. b. r. vid. BALD. in l. 3. verb. idem est h. r. n. 1. ibi: *Nota, quod postquam Valisiam est recommendata hospitari, licet extra hospitium perierit, est ejus periculum, aut a Viatore interrogatus an res illæ in illo loco forent tutæ? respondisset, illas ibidem tu-*

ras fore, etiamsi aurum & argentum esset, modo non cibaria, propter canes & feles; uti ejusmodi casum refert, simulque ob hanc causam cauponem ad restitutionem condemnatum esse, testatur laudatus THESAURUS *d. quæst. 55. n. 2. & 8.* quamvis super curru res relictae.

XLV. Si viator, res suas, in cubiculum sibi a caupone vel ejus institore assignatum, portavit, & ibi reposuit; rebus illis furto exinde subreptis, caupo nihilominus tenetur; etiamsi viatori illius cameræ vel cubiculi claves, sine protestatione & declaratione, quod viator res suas custodire debeat, se damnum nullum præstaturum, tradidisset. Licet enim nonnulli existiment, nuda hac clavium traditione cauponem onus custodiæ, & illarum rerum periculum, in viatorem transtulisse, ipsumque ab actione de recepto liberatum esse, vid. ROSS. *tit. de furt. adv. nau. n. 5.* ubi scribit: *Et nota, quod nunquam hospes teneatur de re amissa in hospicio, quando consignavit tibi clavem cubilis, vel quando habes famulum vel alium ex tuis ad custodiam ipsius, vel quando esses in prandio, & haberes res tuas in mensa, vel alibi penes te.* J. O. TABOR. *ad d. r. Racem. Crim. 7. thes. ult.* Alii tamen contrarium verius putant; idque, quia in jure, ut caupo ab hoc custodiæ onere & periculo liber sit, expressa ejusdem protestatio requiritur in *l. f. pr. b. r.* Clavium vero traditioni, quæ etiam eam ob causam fieri potest, ut viator rebus suis, quando velit, libere & eo melius uti possit, hic insignis effectus, contra generale Prætoris edictum, & jura supra adducta, in jure non tribuitur. JAS. *in l. 5. ff. de in lit. jur. n. 43.* ZAS. *in ff. b. r. n. 13.* ibi: *nota, ex clavium restitutione non præsumitur renunciata custodia, ad quam obligatur hoc genus hominum.* PLOT. *de in lit. jur. and. §. 10. n. 10.* ibi: *& licet caupo, dando claves cameræ, non liberetur a custodia.* PETR. PECK. *ad l. f. ff. Item si prædixerit n. 7.* ibi VINN. *lit. a.* HARPPR. *ad §. 3. §. de obl. qua quasi*

ex delict. n. 5. vid. MASCARD. de probat. concl. 833. n. 13 junct. n. 14. vid. ZAS. ad l. in actionibus ff. de in lit. jurand. n. 30. Accursum simpliciter clavium traditioni ab initio factæ, hunc assignat effectum, ut caupo de levissima culpa non teneatur, ad l. f. i. h. 2. quod ipsum etiam placet SICHARDO ad l. i. C. de locat. n. 9. & ANT. FABER. ad l. f. pr. h. 2. in f. Verum huic quoque sententiæ obstant rationes supra adductæ. Unde & BALD. ad d. l. f. ff. Item si prædixerit n. 2. scribit; Glossam eam modificationem adjicere ex suo capite, sed non probare per legem. vid. MORNAC. ad l. i. h. 2. ubi refert, Senatam Parisiensem, ob clavium traditionem, cauponem liberare, si nihil ejus dolo vel culpa admissum dicatur. vid. SICHARD. ad l. i. C. de locat. n. 5. ubi scribit: quod Francofurtiæ Mercatores a nundinis recedentes, cameræ & horrei conducti claves locatoribus reddant, ac eo ipso tacite eisdem rerum in camera repositarum custodiam demandare videantur.

XLVI. Illud quoque, quod supra ex Bossio relatum est, & apud alios quoque legitur, ut apud BALD. in rubr. C. de depof. n. 1. & ad l. f. ff. Item si prædixerit h. 2. n. 2. in f. cauponem scilicet non teneri, si viator rebus suis in caupona custodiendis famulum suum, vel alium apposuit custodem, maxime dubium est. Quamprimum enim res viatoris, sciente caupone, in cauponam immittuntur, & sic recipiuntur, ipse caupo statim obligatur ad illarum custodiam. l. i. ff. ff. h. 2. Quando vero postea a viatore custos apponitur, hoc non eo animo fieri censetur, ut caupo onere & obligatione custodiæ exoneretur, sed potius, ut eo melius & certius illata custodiantur. Unde, quod in commodum viatoris, & ad majorem illius securitatem, est factum, illud in ejus damnum, & ad ejusdem securitatem minuendam, non est trahendum; arg. l. 25. ff. de legib. maxime cum alias quoque, qui semel rei custodiam suscepit, per custodis appositionem postea a rei

domino factam, non liberetur, quo minus de custodia teneatur. JASON. *in l. 5. de in lit. jurand. n. 43.* vid. *l. 5. ff. si de me 14. ff. commod.* ibi BART. BALD. PAUL. de CAST. SALICET & ANTON. FABR.

XLVII. Præterea nec illud, quod viator penes se, & in suo cubiculo habet, a custodia cauponis erit excipiendum, uti voluit BOSS. *loc. supr. citat. & relato.* Caupo enim omnia illata salva fore, & in suam custodiam recepisse censetur. *l. 1. pr. & ff. fin. l. 4. ff. 2. ff. b. r.* vide MASCARD. *de probat. concl. 833. n. 13 junct. n. 14.*

XLVIII. Nautarum, Cauponum & Stabulariorum declarationem & protestationem, se scilicet damnum non præstatorios, & quod unusquisque vectorum & viatorum res suas servare debeat; impedire, quo minus dicto modo ipsi obligentur, communis est Dd. sententia, *per l. f. pr. ff. b. r.* Licet enim *in d. l. ult.* de secunda hujus tituli actione, ex quasi delicto proveniente, agatur, & ULPIANUS ibid. de Nautis loquatur: illud tamen etiam ad actionem de Recepto, & ad Caupones quoque, ac Stabularios pertinere, constans est Dd. sententia; BACH. *b. r. ad l. 1. ff. 1. n. 9. p. 1300.* adeo ut Duarenus, dictum protestationis remedium tantum ad actionem de Recepto pertinere, existimet; quamvis contra aperta *d. l. verba,* uti annotavit etiam VINN. *ad d. l. lit. a.*

Ut autem hujusmodi protestatio dictum effectum producat, I. requiritur, ut statim ab initio, dum res inferuntur & recipiuntur, fiat, *d. l. f. pr. ibi: si prædixerit.* Et paulo post: *& consenserunt prædictioni.* II. Ut Viatores & vectores huic prædictioni consentiant, *dict. l. f. pr.* expresse, sive tacite, sine contradictione res inferendo & in caupona permanendo, *arg. l. 32. ff. de legib.* VINN. *d. l. lit. a.* LOCCEN. *de jure maritim. lib. 3. cap. 7. n. 12.* STYPMANN. *d. tr. p. 4. c. 20. n. 20. & seq.* Diff. BARTOL. *in l. f. b. r. quem sequitur* SICHARD. *in l. 1. C. de locat.*

n. 10.



n. 10. qui, hoc in casu, consensum viatorum non necessarium esse putant, sed contra *d. l. verba*. Sicuti enim sola heredis, hereditatem adeuntis, protestatio, se nolle legata a defuncto relicta præstare, obligationem legatorum præstandorum non impedit: ita nec sola Cauponis protestatio, obligationem res receptas salvas restituendi & custodiendi impedire potest, nisi vectorum consensus accedat *d. l. f. pr.* Unde si viatores contradicunt, & caupo, illos res suas inferre, ac in caupona patitur permanere, tenetur ipse æque, ac si nulla facta esset protestatio. *LOCEN. d. l. VINN. d. l. STYPMANN. d. cap. 20. n. 22.* Ex post facto, ac post receptionem ac illationem demum si ejusmodi protestatio a caupone fieret, licet viatores non contradicerent, & in caupona sine contradictione manerent, caupo tamen propterea a periculo & custodia onere non liberaretur. Jus enim viatoribus ex receptione semel quæsitum, caupo, sua protestatione mutare, aut iisdem auferre haut potest. *SICHARD. d. l.* Si tamen huic subsecutæ cauponis protestationi viatores expresse consentirent, in posterum & quoad futura etiam valeret, ac dictum effectum produceret hæc protestatio. *SICHARD. d. l.*

XLIX. *Quæcumque de furto diximus, eadem & de damno debent intelligi.* Non enim dubitari oportet, quin is, qui saluum fore recepit, non solum a furto, sed etiam a damno, recipere videatur; verba sunt *CAJ. JCIi in l. 5. §. 1. b. 2.* Si itaque v. gr. caupo damno in rebus receptis injuria sive culpa dato, easdem non restituit salvas & integras, ipse etiam hoc in casu actione de recepto jure potest conveniri, *d. l. 5. §. 1. a* quocumque etiam damnum illud datum sit, *arg. l. 1. §. ult. l. 2. & 3. pr. b. 2.* *ANT. FABER. ad d. l. 5. §. 1. vid. præced. §. 40.* modo non vis major intervenerit, & damnum illud præcaveri potuerit. *ANT. FABER. d. l. WESENB. b. 2. n. 5.*

L. De incendio, si res receptæ in caupona incendio perie-

perierunt, an caupo a viatoribus actione de Recepto conveniri possit, hic merito erit explicandum. Hoc ipsum simpliciter negat PAPONIUS *lib. 23. tit. 6. arrest. 4. fere in f. ibi: confogrationem domus &c. excusandum domus Dominum.* Contrariam & affirmativam sententiam tradit WESENB. *b. r. n. 5. ibi: aut casu, qui præcaveri potuit, ut incendio, furto.* PICHARD. *ad f. 3. f. de obl. quæ ex delict. n. 17.* Alii, & quidem plurimi distinguunt, & Cauponem tunc demum teneri scribunt, si ejus famulus circa officium sibi commissum negligens fuit, & sua culpa incendio causam dedit, uti videre est apud BERLICH. *part. 4. concl. 25. n. 117. & HARPR. ad f. 3. f. de oblig. quæ quæse ex delict. n. 15. & seq.* Nos, quoad hanc nostram actionem de recepto, distinguendum putamus, an incendium, quod consumsit res receptas, in caupona exortum sit, an in ædibus vicinis. Posteriori in casu, Paponii procedit sententia, *arg. l. 3. f. 1. b. r.* Priori vero in casu, cum incendium regulariter & plerumque inhabitantium culpa censeatur exortum; *l. 3. f. 1. de off. præfect. Vigil. l. 11 ff. de pericul. & commod. rei vend. & Caupo, quoad actionem de recepto, culpam & factum omnium, qui sunt in caupona, præstet; l. 1. f. f. l. 2. & 3. pr. b. r.* proinde, ratione hujus actionis, quam repellit tantum casus fatalis & vis major, regulariter, & si non probatur, ignem extrinsecus esse immissum, caupo omnino tenetur; licet de certæ alicujus personæ culpa constet vel minime, per ea, quæ supra de furto sunt dicta. *f. præc. 40.* Licet enim BACHOV. ad WESENB. *b. r. n. 5. lit. b.* notet, vix defendi posse comparationem incendii & furti: attamen quoad hanc actionem de recepto, hæc comparatio omnino procedit. Neque damnum, incendio in caupona exorto, datum a regula *in d. l. 5. f. 1. b. r.* proposita, usquam reperitur exceptum. Unde etiam MARGONIUS post alios allegatos Dd. scribit: *nec quid obstarè videatur in casu isto, quod ratione incertæ personæ ignem immittentis*

ris

ris nemo possit condemnari: quoniam dicta regula fallit in Nautis, Cauponibus & Stabulariis, qui veniunt de culpa & negligentia suæ familiæ; imo etiam hospitem & viatorum; ratione scilicet rerum in cauponam receptarum, & quoad actionem de recepto; minime vero quoad alias actiones, v. gr. L. Aquil. vel locati, si nim. vicini, aut etiam cauponæ Dominus, qui cauponi illam locavit, adversus illum agerent de actionibus ad damnum recuperandum. In hujusmodi enim casu, & quoad hæc actiones, omnino adhibendæ veniunt distinctiones, quas referunt BERLICH. & HARPPR. *dd. ll.*

LI. Si vero rebus in cauponam receptis, & incendio peremptis, vel furto subreptis, de illarum quantitate & æstimatione est controversia, actori ejusdem probatio incumbit *l. 2. ff. de probat.* ita tamen, ut si semi plene illam probaverit, eidem iudex juramentum suppletorium deferre possit. *arg. l. 31. ff. de jurejur.* LOCCEN. *de jure maritim. lib. 3. cap. 8. n. 3.* BERTAZZOL *lib. 1. Conf. Crim. 68. n. 7.* Juramentum vero in litem affectionis in hac actione locum habere, non censemus. *arg. l. 5. pr. ff. de in lit. jur.* Licet enim dicatur, quod hæc actio de Recepto, affinis sit actioni depositi, & bonæ fidei actionum jure censeri debeat; BACHOV. *b. 2. p. 1306.* verissimum tamen esse censemus, hanc actionem nec arbitrariam, nec bonæ fidei, sed stricti juris esse. Et prædicta sententia maxime procedit & locum habet, si res receptæ aliorum factæ sunt surreptæ aut læsæ. PLOT. *tr. de in lit. jurand. f. 10. n. 6. vers. fallit ubi certum est.* Cæterum si cauponi viator cistam, valisiam, vel simile quid obsignatum, aut bene clausum tradidit custodiendum; & ipse, se illud accepisse, negat; aut illud restituit quidem, sed resignatum & apertum; tunc viatorem, suo juramento, & quantitatem rerum amissarum, & illarum æstimationem, propter præsumtum & proprium cauponis dolum, probare posse, communis est *dd.* sententia, uti ostendit,

G

dit,

dit, & hoc pluribus explicat PLOT. *ad ff. 10. n. 4. & seqq.* vid. etiam MASCARD. *de probat. concl. 833. n. 7. & seqq.* LUDOV. PEGUER. *decif. 45. in addit.* quod ipsum tamen juramentum quasi Zenonianum potius est, quam juramentum in litem in specie ita dictum; idque, quia hoc non tantum res aestimantur, sed simul etiam res, quor, qualesque fuerint, probantur, vid. *l. si quando C. unde vi.* BACH *ad Tr. v. 2. disp. 25. rb. 5. lit. b.*

LII. Contraria, & exceptiones, facti & juris, quæ huic actioni opponi possunt, cognosci possunt ex præcedentibus. Præterea huic Actioni institutæ opponi potest Exceptio retentionis; si viator, vel vector, debitam mercedem, vel alia pro hospitacione & vestura, aut ejus occasione debita, non solvit. Caupones enim, Stabularii & Nautæ pro hujusmodi debitis quoad res illatas, jus habent retentionis, vid. *l. 2. pr. ibi: ut caeterorum vectores res retineant. ff. de Leg. Rbodio.* BALD. *in l. 5. C. de locat. n. 7.* JOH. KÖPPEN. *decif. 41. num. 17.* RICHTER. *decif. 77. n. 34. & seqq.* \*\* VINN. *in not. ad P. Peck. tit. ad Reg. Rbod. de jact. in l. 2. ff. quid enim lit. e.* CARPZ. *F. F. part. 2. const. 25. def. 22. n. 4. & seqq.* ubi scribit: *& ita sustinetur usus exercentium cauponaciones vinarias & cerevisiarias, qui hospitibus, cessantibus solvere primum potus, in taberna exhausti, propria auctoritate detrahunt vestes, enses, pileos, aut quid simile, illudque retinent, donec de pretio satisfaciunt.* In quo ipso tamen caupones cavere debent, ne nimis acerbos exactores se præbeant, & humanitatis ac charitatis officia plane negligant. vid. *l. 33. ff. de usur.* Hinc, cum Caupo Vindacienfis, in accentu supremo hyemis, misero hospiti, unde cauponarium sumptum solveret, non habenti, vesticulam detraxerat, & penetrabile illud gelu, paulo post, exutum pauperculum enecaverat, Procurator Regius eidem, ob ejusmodi vel atrociorum belluino impetu barbariem, confestim dicam impedit, eamque non molli, sed acerbis iudicio vindica-

vit

vit Vindacienfis Juridicus, referente MORNACIO *ad l. 14 ff. de praeser. verb.*

LIII. Ex hujusmodi debitis pro hospitatione vel conviviis, aliisque similibus impensis in diversorio vel taberna factis, vor Zehrung, Gastereyen, Bier- und Weinschulden, usuras exigi non posse, responderunt JCti Jeneafes, referente RICHTERO, *decis. 74. n. 78.* Verum de jure hoc ipsum simpliciter non erit negandum.

LIV. Cum hac nostra actione concurrat interdum Actio locati conducti, *l. 3. §. 1. ff. h. r.* interdum actio depositi, *d. l. 3. §. 1.* interdum actio L. Aquiliae, & actio furti, ita tamen ut vel officio judicis, vel doli exceptione, actor una contentus esse debeat *l. 3. §. f. h. r.* ibi PECK. & VINN. vid. BACHOV. *in Comm. ad h. r. rubr. de concursu action.* Et haec de Actione de Recepto.

LV. Sequitur nunc Secunda Actio, de qua in ult. parte hujus tituli agitur; quae dicitur Actio in factum adversus Nautas, Caupones & Stabularios. *§. ult. §. de oblig. quae quas. ex delict.* J. O. TABOR. *Racem. Crim. 7. th. 31. vers. nam differunt (l.) nomine,* & nihil est aliud, quam Actio Personalis, praetoria, poenalis & perpetua, quae competit vectoribus & hospitiibus, ob furtum & damnum, ipsis in navi, caupona vel stabulo factum ab illis, qui ibi habitandi vel operarum praestandarum gratia sunt, contra illarum exercitores ad duplum, petendum & persequendum. *§. ult. §. de oblig. quae quas. ex delict. l. 5. §. f. de O. & A. l. 6. §. 3. & l. ult. h. r.* Haec Actio dicitur in factum, ea ratione, quae actio de Recepto. *vid. praec. §. 17.* Personalis, *arg. d. §. ult. §. de obl. quae quas. ex delict. junct. §. 17. §. de Act.* Praetoria *l. §. f. h. r.* Poenalis, *l. f. §. 1. h. r.* & Perpetua, *per l. f. §. f. h. r.* de reliquis descriptionis verbis agitur in sequentibus.

LVI. Hanc quoque Actionem Praetor introduxit; ut

eo magis Nautarum, Cauponum & Stabulariorum malitia reprimatur, & eo melius Vectoribus & Viatoribus prospiciatur, *l. f. f. junct. l. i. f. i. b. t.* Causa ejus propinqua esse dicitur quasi delictum Nautarum, Cauponum & Stabulariorum; *f. ult. f. de oblig. qua quas. ex delict. l. 5. f. ult. de O. & A.* qui cum publice quasi profiteri censeantur, navim & cauponam suam idoneam esse, cui vectores & hospites res suas tuto credere possint; proinde ipsi diligentissime explorare debent, cujus fidei vel innocentiae sint, quos operarum praestandarum gratia, vel habitandi causa, recipiunt; si itaque malos receperunt, qui postea in navi furtum fecerunt, aut damnum dederunt, ipsi aliquatenus in culpa esse, & quasi ex maleficio teneri videntur; *d. f. ult. & d. l. 5. f. f. l. f. pr. & f. 4. b. t.* atque hac ratione illos suo periculo adhibere dicuntur; *d. l. f. pr.* maxime cum alias quoque de jure sint suspecti. *vid. praced. f.* Unde illud, quod CICERO *Ver. 4.* Scribit de illis, qui cum imperio in Provincias proficiscuntur, in hoc quoque genere verissimum est: si innocentes existimari volumus, non solum nos abstinentes, sed etiam nostros omnes praestare debemus.

LVII. Ut itaque hoc quasi delictum commissum dicatur, & haec actio competat, I. requiritur, quod Exercitor Navis Cauponae vel Stabuli, alios operarum praestandarum causa, vel ibidem habitandi gratia, receperint. *f. ult. f. de oblig. qua quas. ex delict. l. 5. f. f. de O. & A. l. 6. f. 3 ff. b. t. l. un. f. ult. ff. furri adv. naut.* II. Quod illi, qui dicta ex causa sunt recepti, viatorum vel vectorum res, in navi, caupona vel stabulo, furto subtraxerint, aut in illis injuria damnum dederint, *l. 5. ff. de O. & A. l. 6. f. 3. l. f. pr. & f. 4. b. t.* PICHARD. *ad ff. 3. f. de obl. qua quasi ex delict. n. 26.* ubi tradit, hanc actionem dari, licet levissima illorum culpa damnum datum sit. Haec si concurrunt, dicti Exercitores, suo nomine, & suo quasi ex delicto, quod tales receperint, obligantur, atque hac actione tenentur, *d. l. f. f. f. & dd. li.*

LVIII.

ut in illis, Quis possit... 35

LVIII. Ex dictis nunc apparet, (1) hanc actionem locum non habere, si alii, qui navem, cauponam vel stabulum non exercent, habitandi vel operarum præstandarum gratia alios in ædes suas receperunt, qui in illis, aliis furtum fecerunt vel damnum dederunt. Quod enim de Exercitoribus Navitarum, Cauponum & Stabulariorum specialiter est constitutum, quod nimirum ipsi ex quasi maleficio hac actione teneantur, si malorum hominum opera utantur *f. f. de obl. qua quasi ex delict. l. 5. f. ult. de O. & A.* illud non statim ad alios est trahendum, vid. *præced. f. 34.* Licet enim alii quoque, interdum, ob culpam famulorum suorum, ad damnum ab illis datum, obligentur; si nimirum in illorum electione culpam talem admiserint, qualem alias præstare tenentur, & famuli in officio suo, cui præpositi sunt, peccantes damnum dederint; *l. 27. f. 9. & n. ad L. Aql. vid. CARPZ. part. 4. const. 17. def. 13. & 14. MEV. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 8. art. 1. n. 26. & seqq.* attamen non tenentur actione ex hoc quasi maleficio, quæ etiam datur, licet culpa Exercitorum, quam admiserint in electione & receptione illorum, qui furtum fecerunt, vel damnum dederunt, non probetur: sed eo ipso, quo illi, quos dicti Exercitores, dictis ex causis, receperunt, mali deprehenduntur, ipsi Exercitores, aliquatenus culpæ rei censentur, *d. f. ult. & d. l. 5. f. ult. de obl. & Act. vid. 2b. 58. vid. BACHOV. d. Comm. rubr. de actione ex quasi delict. n. 1.* quæ omnia de aliis, qui hujusmodi Exercitores non sunt, vere dici nequeunt. vid. *JOH. PHILIPP. Observ. 2. sup. Decis. Sax. 79. n. 63. & seqq. & CARPZ. part. 2. const. 26. def. 19.*

LX. (2) Patet ex dictis, quod nec Navium, Cauponum & Stabulariorum Exercitores, ex hoc quasi maleficio, & hac actione in factum, teneantur, sed tantum noxali judicio, si proprii illorum servi, in navi, caupona vel stabulo furtum fecerint, aut damnum dederint; *l. f. 4. vers. servorum autem suorum*

*nomine b. r.* idque quia hosce non sponte recipiunt, nec sine magno incommodo rejicere possunt, sed illos tanquam domesticum malum ferre necesse habent; ac propterea venia digni sunt, *d. f. 4. l. un. f. 5. ff. furt. adv. naut. caup.* BACHOV. *in d. Comm. p. 1302.* ibi: *Et actionem dupli restringere ad eos homines, quos omnino spontanee elegit.* vid. J. O. TABOR, *d. Racem. 7. rhes. 17.*

Ex eadem ratione dicti exercitores, ex hoc quasi maleficio, non tenentur, si illorum uxor vel liberi, in navi, caupona vel stabulo furtum fecerint, aut damnum dederint. *arg. dd. ll. & l. un. f. ult. ff. furt. adv. naut. caup.* ibi: *nec repellere potest.* Quia nec hi spontanee recepti sunt; quod tamen etiam BACHOVIVS requirit, *d. l.* Aliud dicendum de servo, uxore & liberis illius, quem dicti exercitores dictis ex causis receperunt, *arg. l. f. f. 3. b. r.* quia ipsi hos quoque sponte receperunt, vid. BACHOV. *d. l. p. 1303. n. 2.*

LX. (3) Sequitur, quod si vectores & viatores, quos caupones repentino hospitio receperunt, furtum fecerint, vel damnum dederint, in navi, caupona vel stabulo, Exercitores hac actione ex quasi delicto non teneantur, *l. 6. f. 3. arg. l. f. pr. ff. b. r. l. un. f. ult. ff. furt. adv. naut. arg. l. f. f. 4. ibi: explorare eum oportet. b. r. junct. dict. l. un. f. ult.* non oblit. *l. 1. f. ult. l. 2. & 3. b. r.* quæ loquuntur de actione de recepto; quæ non datur ob Exercitorum culpam, sed propterea, quod ipsi generaliter recipiendo periculum custodiæ susceperint; quam etiam adversus quosvis præstare tenentur. *l. 1. pr. & f. 1. b. r. d. l. un. f. 4. ff. furt. adv. naut.* ibi J. O. TABOR, *Racem. 7. r. 18.* BACHOV. *d. Comm. pag. 1302.* PICHARD. *ad f. 3. f. de obl. qua quasi ex delict. n. 58.* ibi: *cum non alia condemnandi exercitoris causa sit, quam quia non restituit, quod recepit.* Si vero quis pro vectura remos ageret, illius quoque delictum huic actioni locum faceret, *l. ult. f. 2. b. r.*

LXI.



LXI. (4) Patet ex dictis, quod Exercitores, si ipsi ejusmodi delictum admiserint, non ex hoc quasi, sed vero delicto, quod commiserunt, conveniendi sunt, *l. 5. §. 5. de O. & A. §. ult. §. de obl. qua quasi ex delict.*

LXII. (5) Si illi, qui operarum præstandarum, vel habitandi causa sunt recepti, furtum admiserunt extra navem, cauponam vel stabulum (quæ loca dicti Exercitores tuta publice quasi profitentur) patet ex dictis, quod, eo nomine, hac actione etiam non teneantur *l. f. pr. ibi: si extra navem b. r. vid. §. ult. §. de obl. qua quasi ex delict.*

LXIII. Porro constat ex dictis, (6) quod si dicto modo recepti in navi quidem, vel caupona, vel stabulo, verum non in rebus vectorum vel viatorum ac hospitem, sed in rebus aliorum damnum dederint, vel furtum fecerint hæc actio etiam non competat. *arg. l. f. §. 2. b. r.* Nam vectoribus, viatoribus ac hospitem hujusmodi Exercitores, navem & cauponam ut tutam & idoneam offerre censentur; unde illorum respectu in culpa & quasi maleficio esse videntur, quod malos homines dicto modo receperunt. Aliis vero, v. gr. illis, quos habitandi gratia vel operarum præstandarum causa recipiunt, cum id offerre & promittere non censeantur; nec Prætor hisce prospicere voluisse, videatur; proinde horum respectu, Exercitores, dicta ex causa, non videntur esse in culpa, & ex hoc quasi delicto non tenentur. *vid. ANT. FABR. ad d. l. ult. §. 2. ibi: non ipsis nautis, quippe qui nullam ei possunt culpam impurare, cur tales nautas adhibuerint, quorum illi socii perpetui esse volunt. VINN. ad d. §. lit. C.* Cæterum si nauta, etiam tanquam mercator, merces in nave haberet; illarum quoque nomine hæc actio competeret, *l. f. §. sed si quis nauta & mercator. b. r.*


LXIV. Tandem & (7) patet ex dictis, quod exercitores ex hoc quasi delicto obligentur tantum ob dictarum persona-

sonarum furtum vel damnum datum; non vero ob alia illorum delicta, v. gr. si dictæ personæ vectorem vel viatorem injuria verbali vel reali affecerint; eo nomine Exercitores hac actione conveniri nequeunt, *l. 5. ff. ult. de O. & A.* ex quo explicandus *ff. ult. ff. de obl. quæ quasi ex delict.* vid. BERTAZZOL. *1. Consil. Crim. 68. in addit. lit. a.* BOSS. *tit. de furt. ad v. naut. n. 2.* ibi: *Attamen procedit hoc, quando delictum & damnum vel dolus committitur in rebus, secus si contra personam, puta si famulus vulneraret aliquem.*

LXV. Competit hæc Actio Vectoribus & Viatoribus five hospitibus; quibus, a dictis personis, & dicto modo furtum vel damnum est factum; illorumque heredibus; *l. f. ff. 2. & ult. b. r.* sed non nautis, nisi simul sint mercatores & vectores, vid. *l. f. ff. 2. b. r.* Adversus Nautarum, Cauponum & Stabulariorum Exercitores; *l. 5. ff. ult. de O. & A. ff. ult. ff. de obl. quæ quasi ex delict.* licet illi, qui vere deliquerunt, decesserint. *d. l. f. ff. 4. b. r.* Si plures unam navem vel cauponam exercent, contra singulos datur pro rata & parte, qua v. gr. navem exercent, *l. f. ff. 5. b. r.* ibi PECK & VINN. sed non contra illorum heredes *ff. ult. ff. de oblig. quæ quasi ex delicto l. f. ff. ff. b. tit.* Ad duplum petendum & consequendum; *l. f. ff. 1. ff. b. tit.* etiam eo in casu, quod damnum datum; idque ob publicam utilitatem. VINN *l. f. ff. hac autem actione lit. b.* Diss. BACH. *d. Comm. pag. 1302.* Hoc duplum autem non est mera pœna, sed etiam rei continet persecutionem. ANT. FABER. *ad d. ff. 1. l. f. TABOR. d. Racem. 7. th. 27. & 31. C. J. A. b. r. th. 21.* Et quamvis VINNIUS, GRÖNEWEG & GUEDELINUS, hujus dupli petitionem in desuetudinem abiisse, & hodie hanc actionem rei persecutoriam esse, tradant: hoc ipsum tamen, quoad generalem consuetudinem, non sine ratione in dubium vocat J. O. TABOR. *Racem. Crim. 7. th. 32.*








(X225 7024)

VON 7





TRACTATIO SYNOPTICA,  
DE  
**NAUTIS,**  
**CAUPONIBUS**  
ET  
**STABULARIIS,**

*Occasione Tir. IX. Lib. IV. Digest.*

Von  
**Schiffern und Gast-Wirthen,**

QVAM  
PRÆSIDE  
DN. WOLFFG. ADAMO *Lauterbach,*  
J. U. D. ET PROF. PUBL.  
IN ACADEMIA TUBINGENSI  
ANNO MDCLXXVI.  
RESPONDENDO PROPUGNAVIT  
JOHANNES PEILICKE,  
LIPSIENSIS.



Halæ Magdeb. sumtu Hendeliano, 1740. (7)

